¶ In ista parte ponit diuisionem datam s'm accidens: et diuiditur ista pars in duas: quia primo manifestat qui sunt illi qui habent spheram rectam. Et in secūdo exponit qui sunt illi qui habent spheram obliquam. secūda ibi [Illi dicuntur &c.] Dicit de prima q' sphera diuiditur s'm accidens in spheram rectam et obliquam. Illi vero dicuntur habere spheram rectā qui habitant sub linea equinoctiali: si ibi aliquis posset manere: et assignat duplicem causam quare isti habent rectam spheram: quia neuter polorum illis magis eleuatur: vel quoniā oriçon illorum intersecat equinoctialē: et equinoctialis intersecat oriçontem ad angulos rectos sperales. Iuxta quam partem est sciendum q' diuisio ista data per accidēs: cū dicit q' sphera per accidens diuiditur in spheras rectā et obliquam dicit' per accidens. s. per aliud: quia ab alio habet quod dicitur recta v'l obliqua in relatione ad habitabilem diuersitatem. Oportet vos scire quid appellet auctor angulos rectos sperales. ¶ Circa qd' est notādum q' angulus rectus est quem facit linea supra lineā quādo contangit illam perpēdiculariter: id est qñ facit duos angulos ex vtraq3 parte equales: vt sic ⊥ Unde ⊥ omnes anguli recti adinuicem sunt equales: vt sic ⊥ Obliquus siue obtusus est ille qui maior est recto: v'l hec ⊥ uiter angulorum quidā sunt recti et eq̄les: vt sic ⊥ Quidā acuti et obtusi: vt sic ∠ Angulus rectus est quando vnus non est maior altero. Angulus obtusus qui maior est recto et acutus similiter se habet. Anguli spherales dicuntur anguli corporis sphe rici: et diuiduntur sicut anguli superficiales in rectos et obliquos. Nam superficiales anguli dicuntur qui in superficie plana describuntur: quorum quidam sunt recti: et quidam sunt obliqui: vt dictum est. ¶ Illi dicuntur &c.] In parte ista notificat qui sunt illi qui habent spheram obliquam qui habitant citra vel vltra equinoctialem: et assignat causam duplicem: q̄a alter polus magis illis eleuatur super oriçontem et reliquus semp deprimitur. assignat aliam causam: vel quia illis oriçon artificialis intersecat circulum equinoctialē ad angulos sphērales et obliquos. ¶ Circa istam partem vt intelligatis est duplex dubitatio. Primo vtrū sit ponere spheram rectam et obliquam. Secūdo vtrum locus sub equinoctiali linea sit habitabilis. Et prīo vi' q' nō sit dare spheram rectā nec obliquā: q: vnius sphere vnus debet esse oriçon tm̄ sicut et vnus çodiacus et vnus equinoctialis. Et sic de alijs circulis. Sed sphera continens totū vniuersum est vna: alioquin esset actu ponere plures mundos qd' improbatum est penitus. Cum ergo non sit nisi vnus oriçon non erit ponere nisi vnam spherā. s. rectam: non autem obliquam: sed oriçon est terminatio visus et circulus diuidens medietatem celi visam a medietate non visa. Unde quot sunt loca diuersa super terram tot sunt oriçōtes: sed cuilibet oriçonti respōdet sphera sua l3 non s'm realitatem: sed s'm rationem: quare cum oriçon sit in omni parte obliquus vel rectus. ergo erit ponere spheram rectam vel obliquam. ¶ Dicendū est ad questionē vna cum Ptolomeo et Mesalach in libro de virtute motoris qui ponunt duplicem oriçontem. s. artificialem et rationalem. Est autē oriçon artificialis dimidium sphere per visum comprehensum. Rationalis vero est dimidiatio sphere totius que intelligitur diuidi superficie secante centrum terre et extensa per quatuor puncta orientis: occidentis: aquilonis: et meridiei. Et ab hoc oriçonte dicitur sphera recta: a primo. s. artificiali dicitur obliqua. Cū igitur sphera totius vniuersalis sit vna tm̄ sicut patet ex p̄dictis: et oriçon ipsius est vnus: oriçon obliquus est multiplex: eo q' s'm diuersitatē habitantium et partes et loca diuersa diuersificatur oriçon obliquus. patet q' eadem sphera numero s'm substātiā est vna et s'm rationem plures: p'pter qd' et diuisio sphere in obliquam et rectam dicitur per accidēs. ¶ Ad formam rationis cum dicitur vnius sphere s'm substantiā nō potest esse nisi vnus çodiacus et vnus equinoctialis. simil'r nec nisi vnus oriçon. Dico q' verum est rationalis vel naturalis. artificialis multiplex respectu hominum ipsam terram diuersimode habitantium. ¶ De secūdo queratur vtrum locus sub equinoctiali linea sit habitabilis. Et videt' q' non: quia radius incidens alicui ppēdiculariter in seipsum reflectitur. Sed cum radius reflexus in seipsum causet adustionem: et in parte illa perpendiculariter in seipsum reflectat': quare adustio erit ibi: et per cō sequens inhabitabilis erit. ¶ In oppositum est Ptolomeus i quadripartito libro 2º. capl'o scd'o. vbi tractat de proprietatibus illorū qui habitant in medio mundi: et subdit: q' anime eorum et qualitates domestice sunt et suaues. ¶ In oppositum est Auicēna primo canone fen prima. p'mo capl'o de cōplexionibus dicens q' ibi aer non alterat' alteratione sensibili: sed semper eorum complexionibus est consimilis: et p'batur ratione. Quia sicut habet' in 2º de generatione solis in obliquo circulo per accessum est causa gñationis: per recessum est causa corruptionis. ergo vbi sol equaliter accedit et recedit: ibi oportebit esse potissimam habitationem: q̄a radix habitationis est equalitas: sed hec est sub equinoctiali. quare &c. De ista questione istud nō teneo pro veritate: sed latius si deo placuerit disputabo.

¶ Que forma sit mundi.



Uniuersalis autem mūdi machina i duo diuidit' in etheream scilicet et elementarem regionem. Elementaris quidē alterationi ꝯtinue peruia existens in quatuor diuiditur. Est enim terra tanq̄ mundi cētrum in medio omnium sita: circa quam aqua: circa aquam aer: circa aerem ignis illic purus et non turbidus orbem Lune attingens: vt ait Aristotiles i libro metheororum: sic eni ea dispo suit deus gl'iosus et sublimis. Et hec q̄tuor elementa dicuntur que vicissim a semetipsis alterantur corrumpuntur et regenerantur. Sunt autem elementa corpora simplicia: que in partes diuersarum formarum minime diuidi possunt. Ex quorū cōmixtione diuerse generatorum species fiunt. Quorum trium quodlibet terrā orbiculariter vndiq3 circundat: nisi quantū siccitas terre humori aque obsistit ad vitam animantium tuendam. Omnia etiam preter terram mobilia existunt: que vt centrū mundi pō



derositate

decrositate sui magnum extremorum motum vndiqz equaliter fugiens rotunde sphere medium possidet.

Postqz auctor in superiori capitulo tractauit de principijs huius scientie. videlicet quid sit sphera: quid axis: et quid polus. diuidens spheram sm accidens et substantiam. In isto caplo determinat de natura vlri: et de suis partibus: et de alijs accidentibus in gnali in se. Scdo in speciali de suis primis ptibus et extremis. scda pars incipit ibi [Qd aut totu celu voluat et c.] In pma pte poit diuisione vniuersi. Et in scda psequit mebra dicte diuisionis. scda incipit ibi [Elementaris quide et c.] In prima determinat de elementari: et in scda de etherea. scda ibi [Circa vo elementare et c.] Adhuc in pma tractat de partibus et natura: et de situ partiu et ordine elementaris in generali. et in scda declat quare dicunt elnta et quid sint. tertio de forma et situ et na eoz in spali. scda ibi [Et hec quatuor elemeta et c.] tertia ibi [Quoru trium et c.] Dicit de prima parte qp tota et vniuersalis machina diuiditur in etherea. i. in quinta essentia: et in regione elementoz. Circa ista parte debetis itelligere qp ether dicit duobus modis. quodda est inflamas et iflamabile: vt ignis quodda est inflamabile et non inflamas: vt aer quodda nec inflamans nec inflamabile vt celum. Et de isto itelligit hec. s. de celo. Elementaris et c.] Hic declarat mebrum predicte diuisionis: et dicit qp elementaris machina subiecta est continue transmutationi que diuidit in quatuor elemeta: quia terra est tanqz centrum in medio posita: circa qua est aqua: circa aqua est aer: cir. a aerem est ignis: illic purus non turbidus attingens concauum orbis lune: et vt dicit Aristo. i libro metheo. sic disposuit deus sublimis et gloriosus. Et hec quatuor elnta et c.] In ista pte ondit qre dnr elta: et qd sint. Et dicit qp elta dnr q adinuicem alterant et corrupunt et gnant: et ponit diffone ipsoz dicens qp sunt corpora simplicia que non possunt diuidi in partes diuersaz formaz ex comixtione quoz diuerse fiunt species generatoru. In ista vo lectione non dilato spiritu meu: quia intedo legere astrologiam ad qua electus sum et non phiam. Unde dicit qp elementa non fuerut nisi quatuor: et quo alterant et corrumpunt alibi dictu est. Deinde cum dicit. Quorum trium et c.] Hic ponit situm forma et nam istoruz: et dicit qp quodlibet istoru trium. s. aeris aque et ignis circudat terra circulariter: nisi quatu siccitas terre resistit humiditati atqz ad vita animaliu coseruandaz. Et subdit qp oia preter terra mouent: que. s. terra sui grauitate motu magnu vndiqz equaliter fugiens mediu rotunde sphere possidet. Circa istaz lectione est multiplex dubitatio. Et primo vtru elemeta habeant figura. Scdo vtruz terra sit in medio. Tertio quare rotuditas aque deficit potius qz in igne aere et terra. De primo arguo qp elemeta non sint figure orbiculares: sed recte tali ratione motus eius seqt forma. Et sm qp habet qrto celi et mundi graue vel leue quantu dat sibi de forma: tatu dat sibi de motu et loco: et de alijs que consequunt ad ipsam formam et figura sequitur ipsam formam perfectam et completam. Cum ergo motus elementoru sit rectus: mouentur enim grauia deorsum per lineam rectam: leuia code modo sursum. Ergo videtur qp figura eorum sit recta. Preterea elemeta cuz sint in potentia ad mixtuz no retinent formas suas in actu: alioquin non conuenirent ad constitutione mixti. ergo no possunt retinere aliqua formam: et sic nec orbicularem. Oppositum: celu vt probatum est a Ptolomeo et Aristo. est rotunduz. sed locus et locatu in superficiebus adequantur: vt patet de aqua in vase: et de alijs oibus. ergo corpus contentu a cocauo orbis lune oportet esse orbiculare. Uado ad formas rationum ad qua dicenduz est qp elementa non habent forma perfecta et completa. na lz habeant quandaz forma materiale figura sequit talem forma. ideo cu elemeta careant tali forma non habet figura aliqua naturale que ex se debeat eis lz ex motu eoz per se sint rotunditatis orbicularis. Ad scdam dico qp ratio illa cocludit de elemento inquantu est mobile ad mixtum: et sic non habet figuram naliter: non autez de elemento prout est mobile ad vbi. Scdo est dubium vtrum terra sit in medio celi. Et videt breuiter qp non: qa corpus grauissimum est corpus terre: ibi no sustentat ab alio. ergo cuz sit corpus grauissimum videt qp debeat cadere vel stet ibi per violentia. Ista est ratio laicoru. Et quida noster Esculanus sepe facit istam qone cum matre sua: vt conuicine pauperrime de ipsius scia admirentur. Iccirco istam qonem soluere non suz dignus. De scdo qp queritur quare ista orbicularitas defecit in aqua potius qz in alijs elntis. Dico qp na nihil frustra facit: et semp qd est melius operat: cum fecit hoiem: cuius gratia oia sut facta: dimisit illa parte terre discoperta: vt hoies et alia lia coseruarentur in esse. De isto passu multe sunt opiones: quas pter breuitatem omitto. Sed istud est veritas quia deus per sui potetiaz fecit vt scribitur. congregentur aque que sub celo sunt: et terra fiat arida et c.

Circa elementarez quidem regionem etherea regio lucida a variatione oi sua imutabili essentia imunis existes motu continuo circulariter incedit: et heca philosophis quinta nuncupatur essentia. Cuius nouez sunt sphere sicut in proximo pertractatum est: scilicet Lune Mercurij Ueneris Solis Martis Iouis Saturni Stellarum fixarum et celi vltimi. Istaz autez quelibet superior inferiorem spherice circundat.

Postqz Auctor in superiori pte tractauit de regione elementari. In ista parte tractat de regione celesti. Et diuidit ista pars in partes tres. Nam in prima tractat de natura et motu ipsius simul: et in scda ex quibus spheris componitur: et in tertia de modo continentie spheraru. scda ibi [Cuius nouem sunt sphere et c.] tertia ibi [Istarum autez quelibet et c.] Dicit de pma parte qp supra elementare regione est etherea lucida. id est totuz corpus celeste compositum ex omnibus spheris que ab omni mutatione et peregrina impressione per sua eentiaz stat imutabilis: et mouetur motu cotinuo circulariter: et ista vocatur a phis essentia. Subaudi quia non est essentie terrestris: nec aquee nec aeree nec ignee. Cuius noue sunt et c.] Dicit qp nouem sunt sphere ex quibus ista qnta eentia componit sicut dictu est. s. sphera Lune: sphera Mercurij: Ueneris: Solis: Martis: Iouis: Saturni Stellaz fixaz: et sphera pmi mobilis siue none sphere. Circa istam partez debetis notare qp Auctor incepit a computatione spherarum a sphera lune et non a pmo a nobili: et ratio fuit ista: quia tota virtus quinte eentie vtualr reperitur in luna vt dicit Hipparcus in libro detrimenti nature: et propter hoc potestis soluere pmo qd a me querebat multotiens Esculani dicetes quare ho

mines timent Lunam potius q̄ Solem vel Iouē cū Sol sit nobilior Luna. Respōdetis quia sicut dicit Ptolomeus quarto de ac. se. Luna est sicut subiectum. Alij planete sunt tanq̄ forme. Unde sicut in subiecto est virtus forme et forma: sic in Luna est virtus omniū planetarū et aliarum stellarū: quia primum mobile imprimit virtutem suam in octauā spherā octaua sphera in spheram Saturni. Saturnus in spheram Iouis. Iuppiter in spheram Martis. Mars in spherā Solis. Sol in spheram Veneris. Venus in spheram Mercurij. Mercurius in Lunam: et hic est tactus celi vlterius Luna cū oībus influentijs agit in elementa: elementa alterant complexiones: complexionibus alteratis alterātur anime que in nobis sunt: quia anime consequunt corpora: vt dicit philosophus in principio sue physionomie et iste influētie quas recipit Luna dicuntur influentie communes. Recipit autem influentias speciales sicut per aspectus stellarum vel per coniunctiones: ideo dicebat Segel habeto ergo Lunā significatricē oīum rerū quia sanitas illi⁹ est sanitas oīs rei et detrimentū ipsius est detrimentum totius nature. Dicit Hermes pmo de spe. et de lu. et Hippocras pmo pnosticorum. est quoddā celeste sidus in quo medicum preuidere oportet: cuius si tanta fuerit prudētia admirabilis nimium erit: per tale sidus vel signum intelligit ipsam lunam prout ipsa recipit dispositiones omnium planetarum qua generatio et corruptio germināt in terrenis. De alijs proprietatibus Lune et aliarū stellarum tractabo cum expositiones faciam super alios libros astrologie: sed hic ista sufficiant. ¶ Istarum aūt etc.] Dicit quod quelibet istarum spherarum circūdat circulariter inferiorem. s. Lunam: vel inferiorem scilicet elementarem regionem. Deinde cum dicit.

¶ Quarum quidem duo sunt motus. Unus est enim celi vltimi super duas axis extremitates: scilicet polum arcticum et antarcticum ab oriēte per occidentem in orientē iterū rediens: quē equinoctialis circulus per mediū diuidit. Est etiam alius inferiorū spherarū motus per obliquum huic oppositus super axes suos distantes a primis. xxiij. gradibus: et. xxxiij. minutis. Sed primus oēs alias spheras secum impetu suo rapit infra diem et noctem circa terram semel: illis tamē cōtra nitentibus: vt octaua sphera in centum annis gradu vno. Hunc siquidem motum secundum diuidit per medium zodiacus: sub quo quilibet planetarum spheram habet propriā in qua defertur motu proprio contra celi vltimi motū: et in diuersis spatijs temporū ipsum metitur: vt Saturnus in. xxx. annis Iuppiter i. xij. Mars i duob⁹. Sol in. ccclxv. diebus et sex horis fere. Venus et Mercurius fere sir. Luna vero in. xxvij. dieb⁹ et octo horis.


¶ In ista parte tractat de motu et diuiditur ista pars in partes duas. nam in prima ostendit spherarum duplicē motum pmo de motu primi mobili exequendo. Secundo de motu aliarum spherarum. Secunda pars incipit ibi [Est autem alius inferiorum etc.] Adhuc ista diuiditur quia primo ostendit motum aliarum spherarum cē oppositum motui primi mobilis. Et in tertio ostēdit potentiam primi motus: et per cōsequens motum accidētalem aliarum spherarum et diuisionem octaue sphere a zodiaco et quomodo planete peragrant ipsum in diuersis temporibus. secunda ibi [Sed primus omnes etc.] tertia ibi [Hunc siquidem scdm etc.] Dicit de prima quod duo sunt motus spherarum: vnus est firmamenti id est pmi mobilis super duas extremitates axis id est linee imaginate de polo ad polum: et iste motus est ab oriente in occidens quem scilicet motum equinoctialis diuidit per medium et hic est. ¶ Circa istam partem vos iuuenes duo debetis notare. Primum est quod motus primi celi est ab oriente in occidentem et semper iste motus est vniformis. Alij vero celi mouentur ab occidente in orientem contra istum motū: et dicitur iste motus naturalis. Alius motus eorum est accidētalis: vt quia raptu primi mobilis mouentur ab oriente in occidentem circa terram semel. Exēpli grā imaginamini vnam rotam volui et formicam contra motum rote moueri motu nāli mouebi formica duplici motu. s. nāli contra motū rote: et accidētali. s. motu rote: sic ergo accipite sile et in celo. ¶ Scdm notate quod motum primi celi equinoctialis circulus diuidit per medium vt patet in sphera: et iste equinoctialis dicitur tripliciter: scilicet equinoctialis equator diei et dicitur cingulus. Dicit equinoctialis quia Sol attingens puncta: scilicet ipsius Arietis et Libre fit equinoctium per vniuersam terram. Dicitur equator diei quia diem equat cum nocte vt supra dictum est. Dicitur cingulus quia sicut cingulus vel coria diuidit corpa per medium sic iste equinoctialis diuidit totum celum in duo equalia: quia equaliter distat a polo arctico et antarctico: vt patet in sphera. ¶ Est alius inferiorum etc.] Ponit motum naturalē aliarū spherarū et dicit quod est alius motus aliarū spherarum a motu primi mobilis: quia motus aliarum est oppositus motu primi: et iste motus est super polos distantes a pmis polis p vigintitres gradus. ¶ Circa istam partem est dubitatio. Utrū motus cōtrarius sit in celo. et videt quod non tali ratione. Quorūlibet motuum contrarietas est a compositione contrariorum: ergo in quibus non est compositio contrariorū nec contrarietas in motu: sed in corporibus celestibus nihil est contrarium nec in eis est contrariorum compositio: quare etc. Maior huius ppositionis est nota: declaratur minor de mente philosophi pmo celi et mundi: qui dicit quod motui simplici et circulari nihil est contrariū: et vocat motum simplicem motum totius celi quare in celo non erit dare contrarium motum. ¶ Iuxta qd est intelligendū ppter solutionem rationis: quia cum motus terrestrium dependeant a celestibus vt a causa qui motus sunt varij et diuersi et celum agat per motum et lumen: et sic regulat et gubernat: quare vt esset a causa conseruationis effectuū diuersorū oportuit ipsum varijs et diuersis motib⁹ moueri. Tamen in istis motibus non est cōtrarietas vera: sed est quodāmodo. Unde cum dicitur: motus celi sunt contrarij. id est cōtra euntes quia vadūt iferiores sphere contra primum mobile: que contrarietas est quedam motus proportio vt planete sub signis radient tempore mensurato vt inde obseruetur essentia inferiorū. Unde ad formam rationis cum dicitur quorūlibet motuū etc. Dico quod ratio ista concludit in motu recto et non in motu circulari: quia motus rectus est a compositione cōtrariorū: motus circularis non est a compositione ɔtrariorum. quare etc. ¶ Sed pmus etc.] Dicit quod motus primi mobilis omnes alios suo impetu rapit infra diem et noctē circa terram semel: tamen inferiores contra nituntur motu naturali: et isto motu peragrant zodiacum vt

octaua sphera in centum annis gradu vno: ⁊ hoc est qđ dicit. ¶ Juxta qđ est ītelligēdū ꝙ de motu octaue sphere est multiplex opinio. Quidā insani capitis dicunt ꝙ non debemus addere aliquid ꝓpter motū octaue sphere: quia non est error sensibilis et ista opinio est digna risu. Alij credunt ꝙ mot⁹ iste fiat vltra ⁊ vltra ꝓcedēdo sicut motus planetarū. id est a primo gradu Arietis in scđm ⁊ tertiū ⁊ quartū ⁊ quintū. Et sic per oīa signa peragraret aliquā stellā per multa tēpora. Unde dicebant ꝙ sicut luna in vigintiseptē diebus ⁊ octo horis faciebat cursum suum. Saturnus in triginta annis ita ⁊ stelle fixe siue octaua sphera totū peragrant zodiacum in trigintasex millibus annorū ⁊ istius opinionis fuerūt Ptolomeus Albumasar ⁊ Alphagranus. Unde vn⁹ posuit motum octaue sphere quinquagintaquinque. scđa per annū ⁊ sic vniformiter ⁊ equaliter in eternū: alius posuit triginta sex scđa in vno anno. Sed ista est opinio vera istius motus et motus iste non vniformis est nec procedit vltra decem gradus ad plus. Sed tūc quelibet stella circuendo reuertit̄ ad locum suum. Exēpli grā qn̄ fuit initium arietis in septētrione equinoctialis ⁊ zodiaci: stella que tunc fuit in medietate latitudinis zodiaci in q̄nto gradu Arietis egressa est de linea que est in medietate zodiaci ⁊ ascendit supra paruū ⁊ paruū circulariter mouebat̄ quasi in circulo cuius cētrū erat in ipsa septione: ascendit itaq3 illa stella ad superiorem partem illius parui circuli: ⁊ postea descendit de illo paruo circulo ⁊ reuersa est ad mediam lineā zodiaci ⁊ ex illa parte in plaga australi. Tunc descendit illa stella sub linea illa ⁊ sic peragrando illum circulum totum reuersa est ad locum priorem vnde exiuit: et isto motu mouentur omnes alie stelle. Et hoc nihil aliđ est nisi ꝙ sphera stellarum voluitur super duo puncta que poli dicunt̄: qui poli non sunt bene firmi aut fixi: sed titubant ⁊ inclinātur ⁊ eleuantur sicut barcha in mari. Hijs v̄o dictis respice ad figuram. ¶ Nunc siquidem ⁊c.] Dicit ꝙ motū scđm scilicet octaue sphere zodiacus diuidit p̄ mediū: sub quo zodiaco quilibet planetarū habet spheram propriam in qua mouetur proprio motu ⁊ in diuersis spatijs temporum complet cursum suum vt Saturnus in triginta annis. Juppiter in duodecim annis. Mars in duobus. Sol in trecentum sexagintaquinque diebus ⁊ sex horis. Uenus Mercurius fere in eodem tempore cū Sole. Luna in vigintiseptē diebus ⁊ octo horis: et hoc est qđ dicit. ¶ Juxta qđ est intelligendū ꝙ zodiacus diuidit octauā spherā ⁊ sub ipso zodiaco mouent̄ omnes planete motu naturali: vt patet in sphera: qui v̄o zodiacus triplici nomine nūcupatur videlicet circulus obliquus. Zodiacus ⁊ signifer. Uocatur ab Aristotile scđo de gn̄atione: obliquus circulus dicit ꝙ fm accessum et recessum planetarum per circulum obliquū ⁊ zodiacū fiunt generatiōes ⁊ corruptiones. Uocatur zodiacus a zoe quod est vita quia per motum planetarum sub ipso est vita omnibus inferioribus. Uocatur signifer quasi signa ferens quia in eo sunt signa vt aries ⁊ cetera.

¶ De celi reuolutione.



Uod autē celum voluat ab oriēte in occidentem signum est. Stelle que oriuntur in oriēte: semꝑ eleuant̄ paulatim ⁊ successiue quousq3 in mediū celi veniant: ⁊ sunt semꝑ in eadē ꝓpinquitate ⁊ remotione adinuicē: ⁊ ita semꝑ se habentes tendunt in occasum cōtinue ⁊ vniformiter. Est



⁊ aliud signū. Stelle q̄ sūt iuxta polū arcticū: que nobis nunq̄ occidunt mouent̄ cōtinue ⁊ vniformiter circa polū describēdo circulos suos: ⁊ semꝑ sunt in equali distantia adinuicem ⁊ propinquitate. Unde per istos duos motus cōtinuos stellarum tam tendentium ad occasum q̄ non: patet ꝙ firmamentum mouet̄ ab oriente in occidentem.



Stenso supra de numero partium vniuersi ⁊ de ordine motu situ ⁊ figura. Jn ista parte est Auctoris itentio tractare de primis et extremis partib⁹ vniuersi: videlicet de celo ⁊ terra. Et diuidit̄ ista pars in ptes duas. Nam in prima ostendit celum moueri ⁊ habere formā rotundam: ⁊ in scđa de terra. secūda ibi [De autem terra sit rotunda ⁊c.] Nam primo dat intentum. Secūdo declarat per aliud signum: ⁊ in tertio concludit. scđa ibi di. [Est aūt aliud signū.] tertia ibi [Unde per istos ⁊c.] Dicit de prima ꝙ celum moueat̄ de oriente in occidentem est istud signū: quia stelle que oriuntur in oriente eleuantur paulatim ⁊ successiue quousq3 veniāt ad medium celi ⁊ semper sunt in eadem ꝓpinquitate ⁊ remotione adinuicem. Et ita semper se habētes tendunt vniformiter ad occasum: ⁊ hoc est qđ dicit. ¶ Circa istam partem est vna breuis dubitatio. Et primo vtrū celum moueatur: ⁊ videt̄ ꝙ non ista ratione. Nobiliori corpori nobilior debetur dispositio. Sed nullum corpus nobilius est corpore celesti: quare ⁊c. Sed quies est nobilior dispositio q̄ sit motus: quare ⁊c. maior huius rationis est nota. Declaro minorē. nam quies est nobilior motu inquantū dicit actum. Motus v̄o dicit potētiā: quia motus est actus entis in potentia. ergo debet̄ celo quiescere potius q̄ moueri. ¶ Ad questionē dico breuiter: q̄ sententia est cōmunis ꝙ celum mouet̄. Et motus est ei nobilior dispositio q̄ sit quies: ⁊ est ratio q̄a illud quo agens suū attingit finem: est ei nobilior dispositio q̄ id quo non potest. Sed celum p̄ motum attingit suū finem qui est conseruare generationē īferiorū: ⁊ per quiescere non posset: quare ⁊c. ¶ Ad rationē dico ꝙ simpl'r loquendo quies est nobilior dispositio q̄ sit motus. Nō tamē quo ad finem celi: quia finis celi est ꝯseruare actū inferiorū quē non posset consequi per quietē. ergo ei debetur moueri potius q̄ quiescere. ¶ Est autem aliud signum ⁊c.] Jn ista parte dicit ꝙ est aliud signū ꝙ celum moueat̄: quia stelle que sunt iuxta polum arcticum. s. ille septem stelle que sunt perpetue apparitionis que nūq̄ occidunt mouentur cōtinue ⁊ vniformiter circa polum arcticum describendo circulos suos: ⁊ sunt in eadē propinquitate ⁊ equali distantia. ¶ Circa istā partem vos iuuenes duo debetis notare. Primo ꝙ iste septem stelle que semꝑ nobis apparēt non tēdunt ad occasum nec oriūtur: causa est breuitas circuli earū. Scđo vt cognoscatis tramōtanā vbi est sūma celi altitudo. Scire debetis ꝙ supra istas septem stellas que dicunt̄ plaustrū sunt due stelle magne ⁊ eiusdem quātitatis que vocant̄ duo fratres: ⁊ sūt de natura Mercurij ⁊ formal'r agūt vt Mercurius: ⁊ super istas duas stellas est tramontana que declinat potius ad palledinē q̄ ad rubedinē: ⁊ circa ipsam sunt infinite stelle: ⁊ melius apparet cū luna non fuerit

supra orizonte3. ¶ Unde per istos duos rc.] Dicit ꝙ p istos duos motus continuos stellarū tā tendētiū ad occasum subaudi que oriunt̄ ⁊ occidunt: tū nō tēdentium subaudi de septem stellis que sunt prope polū: patet ꝙ firmamentū mouet̄ ab oriente ī occidēs: ⁊ hoc est qđ dic.

¶ De celi rotunditate.

Quod autē sit celum rotundū: triplex est ratio: similitudo: cōmoditas: ⁊ necessitas. Similitudo enim: qm̄ mundus sensibilis factus est ad similitudinem mundi archetypi: in quo non est principium neq3 finis. Unde ad huius similitudinē mundus sensibilis habet formā rotundam: in qua non est assignare principiū neq3 finem.


Postq̄ auctor in superiori parte ostēdit celū esse mobile de oriente in occidens per duo signa. In ista parte ostendit celū esse rotundum. Et diuidit̄ ista pars in partes duas: et in pᷓma dat intentū: ⁊ in scđa prosequit̄. scđa ibi[Similitudo rc.] Et hec pars diuidit̄ in partes quatuor. Nā in pᷓma ostendit rotunditatē celi per silr̄tudinem. Scđo per cōmoditate3. Tertio per necessitatem. Quarto per auctoritate3. scđa incipit ibi[Cōmoditas.] tertia ibi[Necessitas.] q̄rta ibi[Dicit Alphagranus.] Dicit de pᷓma parte ꝙ aūt ipsum celum sit rotundū: triplex est ratio. Prima est silr̄tudo. alia est cōmoditas. et tertia est necessitas. ¶ Juxta qđ est intelligendū qđ dicit ꝙ est ratio triplex ꝙ celū sit rotundū: dicit ꝙ est silr̄tudo: q͞a similitudo istius mūdi ante secula erat in mēte diuina: sicut species future domus in domificatore. Sed cū in p̄sentia dei sit illud qđ est excellentius ⁊ qđ est nobilius: ⁊ qđ est cōmodius ⁊ magis necessariu3 ad causandū: ergo similitudo istius mundi sensibilis ante eius creatione3 erat vna causa ꝙ celū deberet esse spherice figure. Sed illud qđ est in presentia diuina sub forma prepositi necessario euenit q̄uis talis presentia nō īponat necessitatē in humanis: vt Theologi dicunt. Cōmoditas est alia rō q2 deus ⁊ natura: ꝙ melius est operatur. Unde cū in prouidētia sua in qua nō cadit error vidit ꝙ celum debebat oīa cōtinere: dedit ei formā q̄ est capacissima figurarū: ⁊ hec est rotūda. ergo cōmoditas est ratio ꝙ celum sit rotundū. Necessitas est alia rō q͞a vidēs diuina natura ꝙ si erat celū alterius figure: vtputa trilatere vel quatrilatere tunc erat dare corpus sine loco: ⁊ locus sine corpore: vt apparebit infra. ergo similitudo cōmoditas ⁊ necessitas fuit ratio vt celū eēt rotunde figure. ¶ Similitudo rc.] In ista parte probat celum esse rotundū per silr̄tudinē: ⁊ dicit ꝙ mūdus iste sensibilis factus est ⁊ habuit formā rotūdā. Juxta quā partē debetis notare ꝙ mundus iste archetypus dicit̄ illa species istius mundi sensibilis que ante secula erat in mēte diuina. Et dicitur archetypus ab archos quod est principalis. Et sicut deus non habuit nec p̄ncipium nec fine3: sic ista similitudo nō habuit nec p̄ncipiū nec finē. Scđo debetis scire ꝙ creatio mundi quatuor modis dicit̄. Prio anno añ secula p̄ut vniuersitas mūdi in mēte diuina ↄcipit̄: que cōceptio siue silr̄tudo archetypus mūdus dicit̄. Unde scribit̄ theologice. Qđ factu3 est in ipso vita erat. Scđo creatio mundi dicit̄: que ad exēplū pᷓmi hic sensibilis mūdus mālis creatur. Unde scribitur theologice. Qui manet in eternu3 creauit oīa simul. Tertio dicit̄ creatio mundi cū per formas ⁊ species in sex diebus de⁹ fecit opera sua valde bona: vt scribit̄ theologice. Creauit deus celū ⁊ terrā ⁊ oīa que ī eis sunt. Quarto ⁊ vltimo dicit̄ mundi creatio cū vnū ens ab alio separauit: vt hoīem ab hoīe: arbore3 ab arbore: vt vnumq̄dq3 de sui generis semine nascatur. Sed hic auctor accipit secundo modo.

¶ Cōmoditas quia oīum corporꝝ hysoperimetrorū sphera maximū est: oīu3 etiā formarū rotunda est capacissima: quoniā igitur maximu3 ⁊ rotundum: ideo capacissimum: vnde cū mūdus oīa contineat: talis forma fuit illi vtilis ⁊ commoda.

¶ In ista parte probat celū esse rotundū per cōmoditatem. Et dicit ꝙ s̄m cōmoditatē celū debet esse rotūdu3 quia corpus rotundū est maximū oīu3 corporꝝ hysoperimetrorū: ⁊ subaudi corporū que mēsurant̄ forma circulari: ⁊ forma rotunda est capacissima oium figurarꝝ: quia sphericū est maximū rotundū: ideo capacissimū. Unde cū mundus cōtineat oīa tali forma est ei vtilis ⁊ cōmoda. Circa istā parte3 debetis intelligere ꝙ corpus hysoperimetrorū dicit̄ corpus mēsurabile mēsura circulari. Cuius spēs sunt: sphericū: columnale: ouale: pyramidale. Sed iter oēs species sphericū est magis rotundum: ⁊ per cōsequēs capacissimu3. Aliud debetis scire qđ dicit: ꝙ forma rotunda est capacissima oium figurarum: ⁊ videt̄ oculata fide alijs demonstrationibus pretermissis accipite cerā liquidā ⁊ faciatis vnā formā rotundā admodū schyphi ⁊ impleatis illā aqua ⁊ postea cōseruetis. Et ex eadē cera faciatis formā triangulare3 vel quadrangularē: ⁊ sic partē cere vt prius extendatis videbitis ꝙ triangularis forma nō erit capax illi⁹ aq̄.

¶ Necessitas: quoniā si mūdus eēt alterius forme q̄ rotunde: scilicet trilatere vel quatrilatere vel multilatere sequerentur duo impossibilia. s. ꝙ aliquis locus esset vacuus: ⁊ corpus sine loco: quorū vtrunq3 falsum est: sicut patet in angulis eleuatis ⁊ circumuolutis.


¶ In hac parte ostendit celū esse rotundū per necessitatem: ⁊ dicit ꝙ ex necessitate mundus debebat esse rotūdus: q͞a si esset alterius figure: vtputa scilicet triangularis ⁊ quadrāgularis: sequeret̄ ꝙ aut esset locus vacuus: aut sine corpore: aut corpus sine loco: quoru3 vtrūq3 est falsum: vt ponit exemplū in angulis eleuatis ⁊ circumuolutis. Juxta qđ debetis scire vos iuuenes vt itelligatis ꝙ auctor dicit ꝙ si celū esset trilatere vel quadrilatere vel multilatere: tūc esset locus vacuus ⁊ sine corpore: vel corpus sine loco. Imaginamini celū esse quadrāgulare: ⁊ extra celū nō esse aliquid: cum prima pars celi eleuaretur in loco in quo fuit prius: pars illa eēt vacua: ⁊ illa pars eleuata esset vbi non esset locus: vt sic loquar ⁊ sic intelligatis.




¶ Ite3 sicut dicit Alphagranus si celū eēt planū: aliqua pars celi eēt nobis ꝓpinquior alia: illa scilicet q̄ esset supra caput nostru3: igit̄ stella ibi existēs eēt nobis ꝓpinquior q̄ existēs in ortu vel occasu Sed que nobis propinquiora sunt maiora videntur. Ergo sol vel alia stella existens in medio celi maior videri deberet q̄ existēs in ortu

vel

vel occasu: cuius ꝯtrariũ videmus cõtingere. Maior enĩ apparet sol vel alia stella existẽs in oriente vel occidente ꝗ̃ in medio celi: sed cum rei veritas ita non sit. Huius apparentie causa est: ꝙ in tẽpore hyemali vel pluuiali quidã vapores ascendunt inter aspectũ nostrũ ⁊ solem vel aliam stellam ⁊ cũ illi vapores sint corpus diaphanuꝫ disgregãt radios nostros visuales: ita ꝙ nõ comprehendunt rem in sua naturali ⁊






vera quãtitate: sicut patet de denario ꝓiecto in fundo aque limpide qui ꝑꝑ silẽꝫ disgregationẽ radioꝝ apparet maioris ꝗ̃ sue vere ꝗ̃titatis.

In ista parte probat per auctoritateꝫ Alphagrani. Et diuidit̃ ista pars in partes quatuor. Nã in prima ꝓbat per auctoritatẽ ipsius Alphagrani. Et in secundo ostendit per rationem. In tertia mouet quoddã dubiũ. Et in quarta soluit. Secũda ibi [Sed que ꝓpinquiora.] Tertia ibi [Maior enim apparet sol.] Quarta ibi [Huius causa apparẽtie ⁊c̃.] Dicit de ista parte ꝙ Alphagranus dicit ꝙ si celũ esset planum: aliqua pars celi esset nobis magis propinqua: vtputa illa que esset supra caput nostrum. Et stella que esset supra caput nostrum deberet maior appere ꝗ̃ stella que eẽt in ortu vl' occasu. Sꝫ que ꝓpinquiora.] In ista parte ponit aliam rationeꝫ ⁊ dicit ꝙ illa que sunt magis ꝓpinqua nobis apparerent maiora. Sol ergo existẽs in medio celi deberet videri maior ꝗ̃ existẽs in ortu vel occasu cuius contrariũ apparet. [Maior omni ⁊c̃.] Hic mouet qdã dubium ⁊ dicit ꝙ maior appet Sol vel alia stella existens in oriẽte vel in occidente ꝗ̃ in medio celi ꝗ̃uis rei veritas nõ sit ita. [Huius causa ⁊c̃.] Hic soluit ⁊ dicit ꝙ cã hui⁹ apparẽtie est ista qꝛ qdã vapores ascendunt inter aspectum nostrũ ⁊ solẽ vel aliã stellã. ⁊ cum illi vapores sint corpus diaphanuꝫ disgregant radios nostros visibiles ita ꝙ nõ cõprehendunt rem in sua vera quãtitate sicut patet de denario proiecto in ꝓfundo aque liquide qui propter disgregationem radioruꝫ apparet maioris quãtitatis ꝗ̃ sit in veritate rei ⁊ hoc est qd dicit.


Qꝛ terra sit rotunda.



Qod etiaꝫ terra sit rotunda sic patet. Signa ⁊ stelle nõ equaliter oriuntur ⁊ occidunt omnibus hominib⁹ vbiqꝫ existentibus: sed prius oriuntur ⁊ occidunt illis qui sunt vel versus orientem: ⁊ ꝙ citius ⁊ tardius oriunt̃ ⁊ occidũt quibusdã: causa est tumor terre: qd bene patet per ea que fiunt in sublimi. Una enim ⁊ eadem eclipsis lune numero (que apparet nobis in prima hora noctis) apparet orientalibus circa horaꝫ noctis tertiã. Unde constat ꝙ prius fuit illis nox ⁊ sol pri⁹ eis occidit ꝗ̃ nobis. Cuius rei causa



est tñ tumor terre. Qꝛ terra etiam habeat tumorositatem a septentrione in austrum: ⁊ ecõtra sic pꝫ. Existentib⁹ versus septẽtrionẽ quedam stelle sunt sempiterne apparitiõis. s. que propinque accedunt ad polum arcticũ: alie vo sunt sempiterne occultatiõis sicut ille que sunt propinque polo antarctico. Si igit̃ aliquis ꝓcederet a septentrione versus austrum: intantum posset procedere: ꝙ stelle que prius erant ei sempiterne apparitionis: eiam tenderent in occasum: ⁊ quãto magis accederet ad austrũ: tanto plus mouerentur in occasum. Ille iterũ idẽ homo



posset videre stellas ꝗ̃ pri⁹ fuerant ei sempiterne occultationis. Et ecõuerso ꝯtingeret alicui procedenti ab austro versus septentrionem: Hui⁹ autem rei causa est tumor terre. Item si terra esset plana ab oriente in occidentem: tam cito orirentur stelle occidẽtalibus ꝗ̃ orientalibus: qd patet esse falsum. Item si terra esset plana a septentrione in austruꝫ: ⁊ econtra. Stelle que essent alicui sempiterne apparitionis: semper apparerent ei quocunqꝫ procederent: qd falsum est. Sed ꝙ plana sit pre nimia eius quantitate hominum visui apparet.



Ostꝗ̃ Auctor in supiori parte docuit figuraꝫ superiorũ: in ista parte ostendit duo inferiora. s. terram ⁊ aquã esse spherice figure. Diuiditur ista pars in duas. nã in prima ostendit figuram terre ⁊ in secunda figuram aque. secunda ibi [Qꝛ aũt aqua.] Dicit̃ de prima parte ꝙ terra sit rotunda patet ⁊ hoc est notuꝫ. [Stelle ⁊c̃.] In ista parte probat intentũ suũ ⁊ diuidit̃ ista pars in trib⁹. secunda ibi [Qd aũt orientalibus ⁊c̃.] Tertia ibi [Unde constat ꝙ prius ⁊c̃.] Dicit ꝙ istud est signuꝫ ꝙ terra sit rotũda qꝛ signa ⁊ stelle non in vna hora nec equaliter oriuntur oĩbus existẽtibus in omni loco: sed prius stelle oriunt̃ ⁊ occidunt illis qui sunt in oriente ꝗ̃ illis qui

sunt iuxta occidētē: ꝛ huius rei nō est alia causa nisi tu/
mor. i. rotūditas terre. ¶ Qđ aūt ꝛc.] Hic ponit decla
rationē minoris ꝛ dicit ꝙ aūt subaudi hoc sit verum ꝙ
orientalibus citius stelle ꝙ̄ occidentalibus oriantur pȝ
per illud qđ apparet in altis sicut in obscuritate lune:
q2 vna ꝛ eadē obscuritas minor apparet nobis in pma
hora noctis que apparet illis de oriente in hora tertia.
¶ Unde ꝯstat ꝛc.] Hic ꝯcludit ꝛ dicit ꝙ ex hys dictis
ꝯstat ꝙ prius illis fuit nox ꝛ sol prius occidit illis cuiꝰ
occasus causa est tumor terre. ¶ Circa quā ptē vos iu/
uenes debetis scire ꝙ terra que est habitabilis diuidit̄
in septem partes que partes climata vocant̄ ꝛ istorum
climatum vnum succedit alteri sicut gradus scalarum.
Unde primum est supra scđm. Secūdū supra tertiū ꝛ
sic de alys. Et vnūquodqȝ istorum habet suū occidens
ꝛ suum oriens. Unde cum sol oritur in primo climate
non oritur in secundo propter tumorem terre. sed quā/
docunqȝ sol est in occidente vnius climatis est in oriē/
te alterius succedentis. Et hoc est qđ dicit ponēdo exē/
plum de obscuritate lune. ¶ Circa istam partē est vna
dubitatio vtrum terra sit spherice figure. ꝛ videtur ꝙ
non. nam dicit Euclides ꝙ sphera nō tangit superficiē
nisi in puncto indiuisibili. Sed in quācunqȝ partē ter/
re corpus rectum aliquod applicet̄ non tanget ipsuȝ in
puncto indiuisibili: sed in superficie magna quare ter/
ra vt videt̄ non est spherice figure. ¶ Preterea omne
sphericum est vniforme: sed terra non est vniformis in
sui rotunditate: ergo terra non est spherica. Maior hu
ius rationis est nota: declaro minorem. Nam in terra
sunt montes ꝛ colles ꝛ valles ꝛ multa alia que ipediūt
rotunditatem terre. ¶ In oppositum cuiuslibet corpo
ris simplicis est figura simplex: sed figura circularis est
figura simplex: ergo terra cum sit figura simplex est fi/
gure circularis: maior huius rationis est nota declarat̄
minor. Nam elementum est corpus simplex
vt ponit phus quinto metaphysice quare ꝛc.
¶ Unde ad primū cū dicit̄ ꝙ sphera nō tan
git supficiē nisi i pūcto. dico ꝙ sphera est du
plex. s. mathematica ꝛ nālis. Euclides itēdit
de mathematica ꝛ non de nāli. Quia sphera
nālis tāgit supficiē ꝑm magnitudinē diuisi/
bilē: nā multotiēs accidit mathematicis qđ
non accidit naturalibus. ¶ Ad scđm cuȝ di/
citur ꝙ oē sphericū est vniforme sit ita. Sed
terra nō est vniformis in sua rotūditate. Dico ꝙ ꝙ̄uis
terra quo ad superficiem non sit rotunda tamē quo ad
totum corpus est rotunda: ꝛ sic est vniformis: ꝛ sic non
montes nec colles eam impediunt q2 maior mons nō
addit supra terrā sicut minor pilus supra bouē. ¶ Qđ
autem terra habeat ꝛc.] In ista parte probat intentū ꝛ
dicit ꝙ terra tumorē habeat de septentrione in austrū
ꝛ econtra subaudi istud est signū: q2 illis qui sunt in se/
ptentrione quedam stelle sunt eis in perpetua visione
subaudi stelle que dicunt̄ plaustrum que accedunt ad
polum arcticuȝ ꝛ alie stelle semper occultant̄ que sunt
propinque polo antarctico. Unde dicit ipse ꝙ si aliquis
iret de septentrione in austrū intantū posset ire ꝙ iste
stelle que apparebant ei occultarent̄: ꝛ ꝙ̄to magis acce
deret versus austrum: tanto ille stelle magis occultarē/
tur: ꝛ posset idem homo videre istas stellas que nō ap/
parebant ei subaudi que sunt contra poluȝ antarcticū.
Et hoc idem posset accidere venienti de austro in septē
trionem. Causa autem huius nō est nisi tumor terre. Et
hoc est qđ dicit. ¶ Itē si terra ꝛc.] Hic probat terrā eē
rotundam per rationes deducentes per impossibile; et

diuiditur ista pars in tres. Nam in prima ponit vnaȝ: ꝛ
in secunda aliam. Et in vltima consequenter dat signū
quare terra dicat̄ plana. Secunda ibi [Itē si terra ꝛc.]
Tertia ibi [Sȝ ꝙ plana ꝛc.] Sed ꝙ plana ꝛc. Dicit de
prima ꝙ si terra esset plana: tam cito orirentur stelle oc
cidentalibus ꝙ̄ orientalibus: sed hoc est falsum: quare
subaudi terra est rotunda. ¶ Item si terra ꝛc.] Hic po
nit aliaȝ ꝛ dicit ꝙ si terra esset plana de septentrione in
austruȝ. Stelle que semper sunt perpetue apparitionis
semper apparerent quocunqȝ homo iret. sed hoc est fal
sum. subaudi q2 si nos sumus hic possemus ire vsus au
strum: ꝛ sic non videremus istas stellas: sed illas alias
que sub nobis sunt. ¶ Sed ꝙ plana.] Hic ponit quare
terra appareat plana: ꝛ dicit ꝙ propter nimiam quanti
tatē ipsius terre plana videt̄ aspectui nostro. Subaudi
sicut Grācia: Alemania: ꝛ Lombardia: ꝛ h̄ est qđ dicit.

¶ Qꝛ aqua sit rotunda.



Uod autem aqua habeat tumorem
ꝛ accedat ad rotunditatem sic patet.
Ponatur signuȝ in littore maris: ꝛ
exeat nauis a portu: ꝛ intm̄ elonget̄
ꝙ oculus existens iuxta pedē mali non possit
videre signū. Stante vo naui oculus eiusdeȝ
existentis in sūmitate mali bene videbit signū
illud. Sed oculus existentis iuxta pedeȝ mali
melius deberet videre signū ꝙ̄ qui est in sum
mitate: sicut patet per lineas ductas ab vtroqȝ
ad signū: ꝛ nulla alia huius rei cā est ꝙ̄ tumor
aque. Excludant̄. n. oia alia īpedimīta: sicut ne
bule ꝛ vapores ascēdētes. Itē cū aq̄ sit corpꝰ



homogeneum totum cum partibus eiusdem
erit rationis: sed partes aque (sicut in guttulis
ꝛ roribus herbarū accidit) rotundaȝ naturalr̄
appetūt formā: ergo ꝛ totū cuiꝰ sunt partes.



Uperius ostēdit auctor terrā esse rotundā:
in ista parte ꝓbat aquā esse spherice figure.
Et diuidit̄ ista pars in duas. Nā in pma ꝓ/
bat aquā esse rotundā per signū. in secunda
per rationē. secunda ibi [Itē cum aqua sit
corpus ꝛc.] Prima pars posset diuidi sed nō curo. Dicit
de prima parte ꝙ aqua sit rotunda patet: ponat̄ signuȝ
dicit ipse in littore maris: ꝛ recedat nauis a portu: ꝛ in/
tm̄ elonget̄ ꝙ oculus illius qui stat in pede arboris nō
videat signū quiescente naui oculus illius qui stat in sū
mitate naui bene videbit illud signuȝ. Sed oculus exi/
stens in pede mali melius deberet videre illud signuȝ
ꝙ̄ ille qui est in sūmitate: q2 magis ꝓpe est sicut patet
per lineas ductas ab vtroqȝ ad signū. Et huius rei non
est alia causa ꝙ̄ tumor aque. Excludit qđdā dubiū ꝛ di/
cit: posset aliquis dicere ꝙ in mari qn̄qȝ est ascēsus va
porꝰ ꝓpter quos ille qui stat in sūmitate mali nō posset

illud videre quare ratio non valet. Et ideo dicit quod omnia ista excludantur .s. vapores et nebule ascendentes. ¶ Item cum aqua etc.] Hic probat aquam esse rotundam per rationem et dicit sic. Omne corpus homogeneum est eiusdem nature cum toto et parte. Sed aqua est eiusmodi quare etc. ergo est eiusdem nature et rationis. Cum ergo partes aque sint rotunde. vt patet in guttis et rotis guttulis cadentibus super herbas: ergo et tota herba que erit eiusdem figure. Et hoc est quod dicit. Circa istam partem est dubitatio vtrum aqua sit rotunde figure: et videtur quod non.

¶ Quod terra sit centrum mundi.

Quod autem terra sit in medio firmamenti sita sic patet. Existentibus in superficie terre stelle apparent eiusdem quantitatis siue sint in medio celi: siue iuxta ortum: siue iuxta occasum: et hoc quia terra equaliter distat ab eis. Si enim terra magis accederet ad firmamentum in vna parte quam in alia aliquis existens in alia parte superficiei terre que magis accederet ad firmamentum non videret celi medietatem: sed hoc est contra Ptolomeum et omnes philosophos dicentes quod vbicumque existat homo sex signa oriuntur ei: et sex occidunt: et medietas celi semper apparet ei. medietas vero occultatur.

Postquam auctor in superiori parte ostendit figuram terre et aque. In ista parte determinat de situ ipsius terre: et diuiditur ista pars in duas. Nam in prima dat intentum: et in secunda prosequitur. secunda ibi [Existentibus.] Et dicit de prima parte quod autem terra sit in medio: patet sic [Existentibus etc.] In ista parte prosequitur: et ista pars diuiditur in tres. Nam in prima hic ostendit per signum demonstratiuum: et in secunda per signum deducens ad impossibile. et in tertia ostendit quantitatem terre esse nullam respectu celi. secunda ibi [Si terra magis accederet.] Secunda incipit [Illud idem etc.] Dicit de prima parte quod terra sit in medio. Patet per hoc signum quia stelle siue sint in ortu siue in occasu siue in medio celi apparent eiusdem quantitatis existentibus in superficie terre. Et hoc est quod terra equaliter distat a celo. ¶ Iuxta quam partem debetis intelligere quod terra stat in medio tribus de causis. Nam vt alias dixi vobis quod quatuor sunt planete qui tenent quatuor elementa in forma. Nam luna tenet aquam. Mercurius tenet aerem. Mars tenet ignem. Saturnus terram. Nam cum Saturnus sit frigide et sicce complexionis effectiue inspissat alia elementa suis radiis: que expissata virtute radiorum comprimunt partem terre: et hec pars apposita comprimit aliam partem terre: vt moueatur ad medium. Et cum medium sit immobile: ideo terra est in medio immobilis. Alia est causa: vt equaliter distaret a toto celo. Nam terra remota a virtute prime nature siue prime essentie: non potest participare nobilitatem prime essentie per motum: sed potius per quietem. Idcirco est quies et status omnium que in ipsa sunt. Et iste sunt rationes que reddi possunt in lumine nature. ¶ Sed alia est ratio veritatis: quia deus qui fecit celum et terram et omnia que in eis sunt posuit terram in medio fixam vt celum volueret circa ipsam motu suo: vt dicit propheta. Firmauit orbem suum: quod non commouebitur: vt celum: et stelle voluerentur circa ipsam motu suo. Unde diuina sustentatur potentia in medio velut punctus: vt scribitur theologice. Ne timeas me ait deus: quia suspendi terram in funiculo fundatam. est. n. supra stabilitatem suam. ¶ Si terra magis etc.] In ista parte probat per signum deducens per impossibile. Et dicit quod hoc est signum in medio: quod si terra appropinquaret magis ad firmamentum in vna parte quam in alia: ille qui staret in illa parte non posset videre medietatem firmamenti. Sed hoc est contra omnes philosophos qui dicunt quod vbicumque existat homo super terram sex signa ei oriuntur: et sex occidunt et medietas celi apparet et medietas occultatur: et hoc notum est.

¶ Illud item est signum quod terra sit tanquam centrum et punctus respectu firmamenti: quia si terra esset alicuius quantitatis respectu firmamenti: non contingeret medietatem celi videre. Item si intelligatur superficies plana super centrum terre diuidens eam in duo equalia: et per consequens ipsum firmamentum. Oculus igitur existens in centro terre videret medietatem firmamenti. idemque existens in superficie terre videret eandem medietatem. Ex his colligitur quod insensibilis est quantitas terre que est a superficie ad centrum: et per consequens quantitas totius terre insensibilis est respectu firmamenti. Dicit etiam Alphagranus quod minima stellarum fixarum visu notabilium maior est tota terra: sed ipsa stella respectu firmamenti est quasi punctus: multo igitur fortius terra cum sit minor ea.

¶ In ista parte ostendit quantitatem terre ex signo supradicto esse nullam respectu celi. Et diuiditur ista pars in tres. Nam in prima probat quantitatem terre esse paruam respectu celi. Et in secunda probat per signum. Et in tertia per auctoritatem. Secunda ibi [Item si intelligatur.] Tertia ibi [Dicit Alphagranus etc.] Dicit de prima parte quod istud est signum id est quod terra sit centrum et punctus respectu celi: quia si terra esset alicuius quantitatis respectu celi non contingeret aliquem videre medietatem celi. Subaudi. Sed nos semper vidimus medietatem celi: ergo terra est in medio velut punctus: et hoc est notum. ¶ Item si intelligatur etc.] In ista parte ponit signum demonstratiuum: et diuiditur hec pars in tres. Nam primo ponit minorem. Secundo maiorem. Et in tertio conclusionem. secunda ibi [Ex his.] Tertia ibi [Et per consequens etc.] Legatis totum simul. Dicit de prima parte quod si imaginetur superficies plana supra centrum terre que diuidat centrum per duo equalia: et istud firmamentum id est oculus existens in superficie terre videret medietatem firmamenti. Et idem oculus existens in superficie terre videret eandem medietatem: subaudi. Si ergo terra esset aliquid respectu firmamenti: ille qui staret in superficie terre melius videret celum quam ille qui esset in centro. Hoc autem est falsum: quare ex his. Et ex his (dicit ipse) patet quia insensibilis est quantitas terre que est superficiei ad centrum: et per consequens quantitas totius terre respectu ipsius celi. ¶ Iuxta quam partem debetis intelligere quod quantitas ipsius terre potest considerari altero duorum modorum. Primo modo prout est quantitas relata. alio modo prout est quantitas absoluta. Sed primo modo dico quod quantitas terre respectu firmamenti est insensibilis. si secundo modo dico quod est quantitas sensibilis: vt patet ad sensum. Unde Auctor hic loquitur de quantitate terre relata et non de absoluta. et adhuc relata ad aliquas stellas terra est maxima. s. relata ad Lunam et Mercurium: quia

vt dicit Ptolomeus in Almage. q luna est vna pars de 30. partib⁹ terre. Mercuri⁹ est magnus quãta vna pars de .27. partib⁹ terre. Sol. 166. quãtũ terra. Mars quãtũ terra. Juppiter. 95. Saturn⁹. 90. tãtũ quãtũ terra. ¶ Dicit Alphagranus rc.] Jn ista parte pbat terrã esse parue quãtitatis per auctoritatẽ. Et diuidit ista pars in tres. Nam in pma ponit maiorẽ: r in secũda minorẽ: r in tertia cõmunem. Secũda ibi [Sed ipsa stella rc.] Tertia ibi [Multo igit fortius rc.] Totũ legatis simul. Dicit q Alphagranus dicit. subau. dña. 4. q minima stellarum notabiliũ nostro aspectui maior est q̃ sit tota terra. Sz ipsa stella respectu celi est quasi punct⁹. ergo multo magis r terra subaudi erit punctus cũ sit minor stella: r h est. ¶ Circa istaz partẽ debetis vos scire q dictum Alphagrani habet verũ referẽdo terrã ad lunã r ad Mercuriũ vt dictũ est. Similiter debetis scire q Alphagranus dicit minima stellarũ fixarum visui notabiliũ. Jstud notabiliũ potestis intelligere duobus modis. Uno mõ exponendo fixarũ notabiliũ: id est apparẽtiũ nostro visui. alio mõ notabiliũ: id est exceptuatarũ: qz sũt stelle fixe que dicunt notate: id est cognite ppter corum excellẽtiam actionis r dicunt de magnitudine maiori que operantur in mundo plus q̃ planete que sunt quindecim. de quibus in centiloquio loquit Ptolomeus. Dicit signa fixa dant dona modũ excedentia: sed multotiens finiunt in malum: r Almansor in suis aforismis dicit. Stelle fixe dant dona grãdia r sublimia que nõ faciũt septez planete. Sed possetis dicere de istis stellis fixis cũ plus operent in mundo: r imprimant effect⁹ sic grãdes r altos. cur tã cito finiunt: cũ omnis stella fixa vel planeta quanto grauior tanto excellentior est influxu: hic istud soluere nõ ꝯuenit. Sed in centiloquio assignabo causas cuz glosas faciã super illum si deo placuerit.

¶ De immobilitate terre.



Quod autem terra in medio omnium imobiliter teneat: cũ sit summe grauis: sic persuaderi videt eẽ eius grauitas. Omne eni graue tendit naturaliter ad centrum. Centrum quidez punctus est in medio firmamenti: terra igitur cũ sit sũme grauis: ad punctũ illum naturaliter tendit. Jtem quicquid a medio mouet versus circũferẽtiã celi ascẽdit: terra a medio mouet ergo ascendit qđ pro ipossibile relinquitur.



Superius Auctor tractauit de situ terre: hic ostẽdit eius imobilitatẽ. Et diuidit ista ps in duas sm q ponit duas rõnes ad pbãdũ imobilitatẽ ipsius terre. scda ibi [Jtẽ qcqd mouet rc.] Dicit de pma parte q põt ostendi q terra que est in medio firmamenti sit imobilis: r hoc dico ppter eius grauitatẽ. Et ponit vnã rõnem r dicit. Omne graue tendit ad centrũ: sed centrũ ẽst pũctus in medio firmamenti: ergo terra cũ sit sũme grauis naturaliter tẽdit ad punctũ naturaliter. i. a natura sua derelicta ab influxu saturni. Nã vt superius dictũ est. Saturnus tenet terrã. Mars ignẽ. Mercurius aerẽ. Luna aquã. Cuz igit effectus attestet cause: r saturnus sit planeta grauior r frigidior r siccior: iccirco suam nãm imprimit in terrã. Hoc idẽ operat in conceptione: vel in casu spermatis in matricẽ qz sua virtute agit in spermam r sanguinẽ menstruũ resoluẽdo subtile r grossum inspissando: iccirco tribuit nato cõplexionẽ grassam vel terrestrem sicut melãcholicã: r cũ anime sequant corpora r cõplexionẽ corporis: iccirco actus anime vel erunt rigidi vt videtis istos Saturninos qui nigerrimi sunt: r in corum motibus mouent vt asini. Mars tenet ignez: ideo cũ sit calidus r sicc⁹ distemperate agit per suos radios ignitos in elemẽta r subtiliat: r sic causat ignẽ per suaz potentiã r per testimonia aliorum: r cũ pfuerit in ꝯceptione: agit in nãm generatiõis subtiliãdo: r sic tribuit nato cõplexionẽ cholericã: iccirco terribiles sũt homines mercuriales. Unde sicut saturn⁹ dat nãm terre vt moueat ad medium: sic Mars igni vt moueatur a medio. Mercuri⁹ tenet aerẽ: r sicut aer recipit oẽm dispõnez: sic r Mercuri⁹. Nã cũ calidis calidus: cũ frigidis frigidus: cũ bonis bonus: r cum malis deterior diffinit. Cũ fuerit in natiuitate vel in ꝯceptione adiunctus cũ alys beniuolis sui temperie dat nato dispõnem rõnalitatis r disciplinę: vt dicit Her. pmo de spe. r lu. Si in natiuitate alicui Mercurius fuerit in ascendente oriẽtalis r velox: tũc natus erit eloquens r doctus in liberalibus: idẽ erit si fuerit in Sag. in pprys terminis tali mõ rc. Luna tenet aquam: iccirco sui humiditate r frigiditate agit in elemẽta: r sic generat aquã ex alys elemẽtis. Et est tanta affinitas aque cũ luna q in. 24^or horis quater mouet. Nã si pfuerit in cõceptione humectat materiaz generationis: r sic dat nato cõplexionẽ flegmaticã r facit natũ carnosũz. Et bñ fuit potẽs in domina Saliana. ¶ Jtẽ qcqd mouet a medio.] Jn ista pte ponit aliã rõnez: r dicit q qcqd mouetur: mouet a medio vel ad mediũ. Sed subaudi. Si terra nõ mouet ad mediũ istud ad qđ oĩa grauia tendunt: g̃ mouet a medio qđ pro impossibile relinquatur. Et hoc est quod dicit.

¶ De quãtitate absoluta terre.



Otus autem terre ambitus auctoritate Ambrosij Theodosij Macrobij r Euristhenis philosophorum ducenta r .52. millia stadia ꝯtinere diffinitur vnicuiqz quidẽ. 360. partium zodiaci. 700. deputando stadia. Sumpto enim astrolabio in stellate noctis claritate per vtrũqz mediclinij foramen polo ꝓspecto notetur graduũ multitudo: in qua steterit mediclinium: deinde procedat chosmimetra directe cõtra septẽtrionem a meridie donec in alterius noctis claritate viso vt prius polo steterit altius vno gradu mediclinium: post hoc mẽsus sit huius itineris spatium: r inuenietur septingentorum stadiorum: deinde datis vnicuiqz. 360. graduum tot stadijs terreni orbis ambitus inuentus erit. Ex his autem iuxta circuli r diametri regulaz terre diameter sic inueniri poterit. Aufer vigesimam secundaz partem de circuitu terre: r remanentis tertia pars hoc est octo millia r. 181. stadia r semis r tertia vnius stadij erit terreni orbis diameter siue spissitudo.



Ostq̃ Auctor in superiori parte ostẽdit terram esse in medio: r pbauit eius immobilitatẽ. Jn ista parte oñdit quãtitatẽ ipsi⁹. Et diuidit ista pars in duas. Nã in pma oñdit quãtitatẽ ipsius quãtũ ad circũferẽtiaz. Et

in scda quātum ad eius diametrū. scda ibi[Ex his autē iuxta rc.] Prima diuidit in duas. Nam in pma pponit intentū suum de ambitu terre q̄tū sit. In scda declarat. scda ibi[Sumpto eni astrolabio rc.] Dicit de pma parte q tota circumferentia ipsius terre fm q dicūt Theodosius: Ambrosius: Macrobius r Eratosthenes phy. dicit cōtinere spatiū. 252000. stadiorum: ita q cuilibet gradui zodiaci qui sunt. 360. respondent. 700. stadia ipsius terre. Juxta quā partē debetis scire tria. Primo q fm Ptho. r Alphag. Ambitus terre cōtinent. 24. miliaria: r h cuilibet gradui celi correspōdet. 56. miliaria r due tertie vnius cōparando istū numerū miliariorum. 700. Stadys que gradui attribuunt ptinet miliaria. iz. stadia r dimidium vnius. Miliare vo fm Plinii continet 4000. cubitos equales: r sic stadiū facta distributione ptinet. 324. cubitos r tertia vnius cubiti. Albumasar quarto tertij maioris introductorij dicit q stadiū cōtinet duo stari. Stari vo est medietas stady: r stari continet. 890. cubitos. Et dic q. 16. stari. i. octo stadys ad plus ascēdūt vapores terre in aerē. Et dicit q miliare ptinet tres: r tres quartas vnius. Secūdo debetis scire q quātitates vsitate quibus vtimur sunt decem. Digitus. Palmus. Cubitus. Uncia. Pertica. Pes. Passus. Stadium. Miliare: r Leuca. Unde decem digiti faciunt palmū. Palmus facit pedem. Quinque pedes passum. Centum vinginquinque passus faciūt stadiū Octo stadia faciūt miliare. Duplatum miliare facit leucam. Tertio debetis scire vos iuuenes q in zodiaco qui est in firmamento sunt. 360. gradus: qui quidē gradus cōtinet. 36. facies signorum: qr vnumquodq signum habet. 30. gra. Primi qdē decē gra. dicit pma facies. decē aly sequentes dicit secunda facies. r vltimum dicit tertia facies: in quibus faciebus habent planete augmentare fortitudinē ipsorum. De his aūt dicam in alys libris.[Sumpto astrolabio rc.] In ista parte suū declarat intentū: r dicit qualiter totius ambitus terre possit inueniri existens in aliquo loco sumat astrolabiū vel quadrantē in aliqua nocte clara r serena: r respiciat per duo foramina medicliny altitudinē poli ieniet: r ille gradus altitudinis notetur vbi erit mediclinium. Deinde procedat mensurator directe a meridie contra septentrionē donec in altera nocte vt pri polo perspecto vno gradu mediclinium eleuet: postea mensuret spatiū istius itineris ienietur spatium septingentorum stadiorum. Deīde datis vnicuiq 360. gradus ambit toti terre tot stadia erit.[Ad verificationē ipsius debetis scire q cū circulus firmamēti r circulus terre habent idē cētrū vt cōmuniter ponūt Astrologi: patet veritas: iscripta figura duorum circulorum supra idē centrū existentiū fm geometricū. Quot sunt partes in maiori: tot correspōdent eis fm proportionem circulorum adinuicē in minori: sequit necessario: q cum septingenta stadys in terra rndeat vnus gradus(sicut est demōstratū) in celo q totiēs tot stadia sunt eis correspondentia pportionaliter in terra: quot gradus sunt in celo: r qr. 360. gradus sunt in celo: ideo tricenties r sexagesies septingēta stadia sūt in terra qui sunt. 252000. stadiorum. q̄re terra erit tāte quātitatis.[Uos iuuenes opz scire q mediclinium est illa linea que diuidit astrolabium per medium: r dicit mediclinium a mediando eo q diuidit ipm per duo media: in cui extremitate sunt due tabule perforate: per quarum foramina accipit altitudo solis r alteri cuiuscūq stelle: r per illa foramina pspicit polus.[Ex his aūt iuxta rc.] In ista parte ostendit Auctor q̄titatē diametri terre: r dic q ex his ambitus vel circunferentie iuxta circuli r diametri regulā quis poterit inenire auferēdo. zz. partē de circuitu terre: r tertia pars remanentis est hoc. 8018. milia r vnū stadiū r dimidiū: r tertia pars vni stady erit diametrū siue spissitudo ipsius terre. Istam demonstrationem potestis sic facere que valde est cōmunis r bona sicut se habet. zz. ad. 7. ita se habet circulus ad diametrū suū. Sed. zz. ptinent septenariū numerū totū ter r insuper septimā eius partē. s. vnitatem. ergo r sphera terre se habet in tali pportione ad diametrum suū. Sed quātitas orbis circunferētie terre est. 252000. miliū stadiorum ergo r quātitas diametri sui erit. 80181. r h est.[Sed videte sicut dicit Hermes in libro suo de natura locorum. Melius est scire pprietates situū q̄ terre noscere quātitatē: qr nescio cuiusmodi vtilitas resultet inuestiganti quātitatē terre nisi forte gratia speculatiōis: sed iuestigare naturā locorū que derelicta est in eis ratione celestium: istud valet ad prescientiā futurorum. Nam omnis ciuitas r qd habitat habet triplicem significatorem. Significatorē scilicet climatis prouintie r edificationis. Nam septem sunt climata sicut scitis: r septē sunt planete qui dominant in eis. Nam Saturnus dominat in pmo climate. Juppiter in secūdo. Mars in tertio. Sol in quarto. Uenus in qnto. Iccirco isti Romani sūt ita corrupti in luxuria tam in viris q̄ in mulierib. Ac etiā Regicole: Marchiani: r Thusci. Mercurius dominatur in sexto. Iccirco Lombardi sunt ita homines scientifici(vt videtis) eos bonos in omni genere facultatū. Sed qr Mercurius est eorum significator ratione climatis: iccirco omnes sunt gulosi: qr Saturnus addit immunditiam. Mercurius addit super impetū voluntatem: vt dicit Ptolomeus quarto de ac. se. Luna dominatur in septimo habitantes in climate in quo dominat planeta: inclinant ad naturā illi planete dominantis. Habet ciuitas significatorem prouintie: vtputa qr in Thuscia dominat alter planeta q̄ in Marchia dominat qr dominat Saturn: ideo tantas hoc anno habuit mutationes: r fm q in reuolutione annorum mundi īpedit vel exaltat in circulo planeta qui dominat puintie: sic fortunia r infortunia apparent in vna prouintia r nō in alia: vt qnq est penuria frumenti in vna prouintia: r in alia fertilitas: in vna mortalitas: r in alia salus: vt vidistis in Romādiola qn fuit mortalitas: r in Marchia non fuit r modica est distātia ab vna in aliā. Habet ciuitas significatorē edificationis. Nā(vt alias dixi vobis) simile est de edificatione ciuitatis: quēadmodū est de cōceptione indiuidui. Nam sicut in proiectione vel in casu spermatis in matricē sumit potentia infortuny r dignitatis illius sic in pmo lapide in ciuitate. Nam cum primus lapis proycit in fundamento sub tali ascendēte ille dominus ascendens indicat qd de ciuitate: r iste significator se habet ad ciuitatē sicut anima ad corpus: r homines illius ciuitatis psequunt naturas illius planete poti q̄ significatorum: scilicet climatis r prouintie vt patet in Bononiēsibus quorum ascēdens fuit Taurus q omnes vadunt cum gorgerys: r domine impinguant colla earū: r qr Uenus dominat: iccirco omnes sunt cātatores: tripudiatores: suppositores: r libenter solatiantur cū attinentibus mulieribus. Patet in Ferrariēsib cuius ascēdens fuit Scorpio: r Martē habuerunt pro significatore edificationis. Dato q ipsi sint in climate Mercury: bene psequunt scientifica: sed plus naturam Martis: iccirco omnes sunt capitosi: superbi: r arrogātes: Et qr Mars est significator nobilium: omnes nobiles vident: r semper erunt ibi dominia nobilium r magnatū. Unde studeatis fily habere cognitiones locorum:

id est ascendentia ciuitatũ castroꝝ ⁊ villarum: vt dicit Hermes: q2 vtili⁹ ē q̃ȝ habere notitiã quãtitatis terre.

¶ Capitulũ Secundũ. De circulis ex quibus sphera materialis cõponit᷑: ⁊ illa superceelestis (que per istã imaginatur) cõponi intelligit᷑.



Orum autem circuloꝝ: quidam sunt maiores: quidaȝ minores: vt sensui patet. Maior enĩȝ circulus in sphera dicit᷑ qui descriptus in superficie sphere super eius cẽtrũ diuidit spheram in duo equalia. Minor ꝟo qui descriptus in superficie sphere eam nõ diuidit in duo eq̃lia: sed in portiones inequales. Inter circulos ꝟo maiores primo dicendum est de equinoctiali. Est igitur eqnoctialis circulus quidem diuidens spheram in duo equalia ꝑm quamlibet sui partem equidistans ab vtroqȝ polo.




T superius dicebat᷑ hec est secũda pars huius tractatus in qua tractat de decẽ circulis cõstituentibus spherã mundi. Et diuiditur ista pars in duas. Nam in ꝑma ponit diuisionẽ ipsoꝝ: ⁊ in secũda de eis determinat. secũda ibi[Maior aũt circulus.] Dic᷑ de ꝑma ꝙ istoꝝ circuloꝝ quidã sunt maiores ⁊ quidã minores: vt patet ad sensum. Juxta quã partẽ debetis intelligere ꝙ maioritas ⁊ paruitas circuloꝝ põt intelligi altero duoruȝ modoꝝ: vno modo ratione quãtitatis: alio mõ rõne virtutis influentie. Rõne quãtitatis est vn⁹ circulus maior altero: vt eqnoctialis maior est q̃ȝ sint alij: vt patet tam in spheris septem q̃ȝ in alijs circulis. Et de ista intelligit Auctor. Alio mõ põt itelligi ratione virtutis influentie. Nam quãto aliqua sphera maior tanto est excellentioris actionis. Nam octaua sphera. Sphera Saturni: Jouis: ⁊ Martis: excellentiores imprimunt effectus q̃ȝ sphera Ueneris: Mercurij: ⁊ Lune. Nã planete superiores dicunt᷑ ponderosiores: q2 grandiores imprimũt effectus in isto mundo. Alij tres inferiores dicũtur leuiores: q2 leues effectus imprimunt in mundo respectu superioꝝ. Jcc irco superiores planete dicuntur significatores regum nobiliũ ⁊ magnatũ. Inferiores ꝟo populariũ ⁊ minoꝝ personarũ: vt dicit Hermes primo de Spe. ⁊ de Lu. Magnoꝝ ꝑncipũ superiores planetas facias significatores. Scribarũ ꝟo ⁊ rusticoꝝ iferiores: ⁊ planetã ꝑcipue leuiorẽ: id est lunã. ¶ Maior aũt ⁊c.] Jn ista parte auctor vt dicebat᷑ tractat de circulis in generali: ⁊ diuidit᷑ ista pars in duas. Nam ꝑmo tractat in generali. Secũdo in spãli. secunda ibi[Inter alios ⁊c.] Prima diuidit᷑ in duas. Naȝ ꝑmo ostendit quid sit circulus maior: ⁊ secundo quid sit minor. secũda ibi[Minor ⁊c.] Dicit de ꝑma ꝙ circulus maior est ille in sphera qui positus est in superficie sphere diuidens ipsam in duo equalia supra eius mediũ siue centrum. ¶ Minor ⁊c.] Jn ista parte ostẽdit quid sit minor. Et dicit ꝙ minor circulus est ille qui positus est in superficie sphere nõ diuidens ipsam in partes equales: nec transit sup eius centrum: sed magis in partes nõ equales. subaudi: vt est çodiacus. ¶ Inter alios ⁊c.] Jn ista parte de circulis ꝓsequit᷑ terminãdo: ⁊ diuidit᷑ ista pars in duas. Jn qua rũ ꝑma determinat de equinoctiali. Et in secũda de çodiaco. Secunda ꝑs incipit ibi in fine lectionis [Est aũt ali⁹ circulus ⁊c.] Prima diuidit᷑ in duas. Nã ꝑmo ponit intentum. ⁊ secundo ꝓsequit᷑. Secũda ibi [Est autẽ equinoctialis ⁊c.] Dicit de ꝑma ꝙ inter alios circulos maiores ꝑmo dicendũ est de equinoctiali: ⁊ est notũ. ¶ Equinoctialis ⁊c.] Jn ista parte ostendit quid sit equinoctialis: ⁊ diuidit᷑ ista pars in tres. Nam in prima diffinit equinoctialẽ: ⁊ in secũda ponit quot modis dicat᷑. Et in tertia ostendit quid sit ꝑmus motus. Secũda ibi[Et dicitur equinoctialis.] Tertia ibi[Et sciendum ⁊c.] Dicit de ꝑma parte ꝙ equinoctialis est circulus quidam qui diuidit Spheram in duo equalia: ⁊ ꝑm quãlibet sui partem equaliter distat ab vtroqȝ polo.

¶ Et dicitur equinoctialis: quoniam quando sol transit per illum (qd̃ est bis in anno: in principio Arietis scilicet: ⁊ in principio Libre) est eqnoctiũ in vniuersa terra. Unde ẽt appellat᷑ equator diei ⁊ noctis: q2 adequat diẽ artificialẽ nocti. Et dicit᷑ cingulus primi mot⁹. Unde sciẽdũ ꝙ primus motus dicit᷑ mot⁹ primi mobilis: hoc est none sphere siue celi vltimi qui est ab oriente per occidentẽ rediens iterum in orientẽ: qui etiã dicit᷑ mot⁹ rationalis: ad similitudinẽ mot⁹ ratiõis qui est in microcosmo .i. in homine. s. quando fit consideratio a creatore per creaturas in creatorẽ ibi sistendo. Secundus motus firmamenti ⁊ planetarum cõtrarius huic est ab occidente per orienteȝ iterũ rediens in occidentẽ: qui motus dicit᷑ irrationalis siue sensualis: ad similitudinem motus microcosmi: qui est a corruptibilib⁹ ad creatorem iterum rediens ad corruptibilia. Dicit᷑ ergo cingulus primi motus: q2 cingit siue diuidit primum mobile. s. spheram nonam in duo equalia equidistans a polis mundi.

¶ Jn ista parte ostẽdit quot modis dicit᷑ equinoctialis. posset tamen diuidi sed nõ curo. Dicit ꝙ equinoctialis dicit᷑ ꝙ qñcunqȝ sol transit per illũ (qd̃ est bis in anno. videlicet in ꝑmo arietis ⁊ libre) est equinoctiũ per vniuersum mundũ. Eadẽ dicit ipse ratione appellat᷑ equator diei ⁊ noctis: q2 adequat diem artificialẽ cũ nocte: ⁊ dicit᷑ cingulus ꝑmi motus. Subaudi q2 sicut cingulus vel coria diuidit corpus nostrũ per mediũ: sic iste circulus diuidit spherã per medium: vt superius dixi. ¶ Et sciendũ est ꝙ ꝑmus.] Jn ista parte vt dicebat᷑ ostendit quid sit ꝑmus motus: ⁊ diuidit᷑ ista pars in partes quatuor. Nam in prima ostendit quid sit motus primus: ⁊ in secũda cõparat istum motũ motui minoris mundi: ⁊ in tertia ostendit quid secũdus mot⁹: ⁊ in quarta ostẽdit quare equinoctialis dicit᷑ cingulus ꝑmi motus. Secunda ibi[Et dicit᷑ motus.] Tertia ibi[Secũdus motus.] Quarta ibi[Deĩde dicit᷑ circulus ⁊c.] Dicit de ꝑma parte ꝙ est sciendũ a nobis ꝙ ꝑmus motus dicitur motus noni celi siui vltimi: qui motus est ab oriente in occidẽtẽ iterato ab occidẽte in orientẽ. ¶ Et dı̃ mot⁹ rõnalis.] Hic cõparat motũ ⁊ dicit ꝙ iste mot⁹ ꝑmi⁹ dicit᷑ rationalis ad similitudinẽ ratiõis qui est in microcosmo: id est in homine: vel in minori mundo: qui quideȝ mot⁹ fit quãdo ꝯsideratio est in creatore per creaturas insistendo in creatorem. Juxta quam partem debetis

itelligere vt itelligatis litterā ꝙ sic in celo est dare duplicē motū scilicet pmi mobilis qui dicit̄ rationalis: ⁊ motū planetarū qui dicit̄ irratiōalis siue sensualis. ita in homine qui dicit̄ microchosmus: scilicet minoꝛ mūdus. Nam in homine est motus rationis ⁊ motꝰ sensus. Motus rōnis est in homine a sua specie: ⁊ est in eo cuꝫ resoluit effectus in causas ⁊ creata in creatoꝛeꝫ ibi. s. in creatoꝛē sistendo per modū status inquantū ipse est cā causarū. Et hoc est qd̄ dicit quādocunqꝫ fit ꝯsideratio id est intellectio de creatoꝛe per creaturas. i. per effectꝰ in creatoꝛē sistendo. Est aūt in celo motus planetarum qui dicit̄ irratiōalis vel sensualis qui nō est vnifoꝛmis. Sed qn̄qꝫ ꝯtra aquilonē declinat, qn̄qꝫ ꝯtra meridiē: iccirco dicit̄ motus erraticus siue irrationalis. sic ⁊ in homine est dare motū sensus ſm quē motū ꝯtingit errare. Unde ad similitudinē huius dicit̄ motus oꝛbiuꝫ inferioꝝ. Naꝫ sicut sensualitas semꝑ repugnat rationi ⁊ est ꝯtra rationē ⁊ ratio ꝯtra sensualitatem. Sic oꝛbes inferioꝛes repugnant motui primi mobilis qui dicitur rationalis: ⁊ inferioꝛū motus dicitur irrationalis id est ꝯtra rationē. Et sicut motꝰ rationis regulat omnes motus sensuales: sic ⁊ motꝰ primi mobilis regulat omnes oꝛbes inferioꝛes. ❡ Deinde dicit̄ ⁊c.] Hic ostēdit quare equinoctialis dicit̄ cingulus. Et diuidit̄ ista pars in duas. Nā in pma ostendit hoc: ⁊ in secūda tractat de polis mundi. secunda ibi [Unde notanduꝫ ꝙ poli.] Dicit̄ de ista parte ꝙ equinoctialis dicit̄ cingulus eo ꝙ diuidit primum mobile per medium: in duo equalia eque distans a polis mundi.

❡ Unde notandum ꝙ polus mundi qui nobis semper apparet: dicitur polus septētrionalis: arcticus vel boꝛealis. Septētrionalis dicitur a septentrione: hoc est minoꝛi vrsa: qui dicit̄ a septem ⁊ trion qd̄ est bos: q2 septem stelle que sunt in vrsa tarde mouent̄ ad modū bouis: cū sint ꝓpinque polo. Vel dicunt̄ ille septē stelle septentriones: quasi septē teriones: eo ꝙ terūt partes circa polū. Arcticus quidē dicit̄ ab arctos qd̄ est maioꝛ vrsa. Est enim iuxta maioꝛē vrsaꝫ. Boꝛealis ꝟo dicitur: q2 est in illa parte a qua venit boꝛeas. Polus ꝟo oppositꝰ dicit̄ antarcticus: quasi ꝯtra arcticū positꝰ: dicit̄ ⁊ meridionalis qa ex parte meridiei est: dicitur etiā australis: q2 est in illa parte a qua venit auster. Ista igitur duo puncta in firmamento stabilita dicunt̄ poli mūdi: q2 sphere axem terminā̄t ⁊ ad illos voluit̄ mūdus: quoꝛū vnus semꝑ nobis apparet: reliquꝰ ꝟo semper occultat̄. Unde Virgilius in primo geoꝛgicoꝛum. Hic vertex nobis semꝑ sublimis: at illum Sub pedibꝰ stix atra vident manesqꝫ pꝛofundi.



❡ In ista parte tractat de polis mundi: ⁊ diuidit̄ ista ps in partes duas. Nā in pma tractat de polis absolute: et in secūda per cōpationē ad nos. scda ibi [Et isti poli.] Adhuc ista diuidit̄ in duo. nam in prima tractat de septentrionali: ⁊ in secūda de australi. secūda ibi [Polus autem ⁊c.] Licet ista pars posset diuidi sed nō curo: vn̄ dicit qd̄ est notandū ꝙ polus mundi qui apparet dicit̄ polus septentrionalis vel boꝛealis vel arcticus: Septētrionalis dicit̄ a septentrione. i. a maioꝛi vrsa que dicitur a septē ⁊ trion qd̄ est q2 septeꝫ stelle que sunt in illo signo mouent̄ tarde vt bos que sunt ꝓpinque polo: vel dicit̄ septentrionalis a septē ⁊ triones qd̄ est terere q2 terunt septē partes suas iuxta poluꝫ. Dicit̄ arcticus ab arcos qd̄ est maioꝛ vrsa q2 est iuxta maioꝛē vrsaꝫ. Dicitur boꝛealis q2 est in illa pte a q̄ venit boꝛeas. ❡ Circa quā ptē debetis scire ꝙ Auctoꝛ dicit ꝙ dicit̄ boꝛealis q2 est a parte a qua venit boꝛeas. Unde debetis scire ꝙ venti causant̄ ex signis ſm irradiationem planetarum. Nā Aries Leo ⁊ Sagittarius sunt orientalia ⁊ eius flatus est subsolanus ⁊ dicit̄ Subsolanꝰ q2 sub sole oꝛit̄. i. in oriente. Taurus Uirgo ⁊ Capricoꝛnus sunt signa meridionalia: eoꝝ ꝟo ventus dicit̄ Australis. Gemini Libra ⁊ Aquarius sunt occidentalia eoꝝ ꝟo ventus est occidentalis. Cācer Scoꝛpio ⁊ Pisces sūt signa septentrionalia eoꝝ ventus est septentrionalis: ⁊ precipue iste est ventus lune eo ꝙ luna est in coꝛ septentrionis. Unde ſꝫ ꝙ planete ⁊ specialiter luna tenet aliquē istoꝛum sic mouet flatus ab illa parte. ❡ Polus autē.] In ista parte tractat de polo australi ⁊ dicit ꝙ polus oppositus dicit̄ antarcticus. s. ꝯtra arcticuꝫ positus: dicit̄ australis q2 versus partē illaꝫ a qua venit auster: dicit̄ meridionalis q2 est ex parte meridiei. ❡ Isti duo ⁊c.] In ista parte tractat de polis in comparatiōe ad nos. ⁊ diuidit̄ ista pars in duas. nam in prima cōparat: ⁊ in secunda hoc confirmat auctoꝛitate Uirgilÿ. secunda ibi [Unde Uirgilius.] Dicit de pma parte ꝙ isti poli sūt poli mūdi qui terminant axem. i. lineam imaginatam sphere ⁊ ad illos voluit̄ mundus ⁊ vnus semper apparet nobis ⁊ alius semꝑ occultat̄. ❡ Unde Uirgilius.] Hic vertex id est polus arcticꝰ semper sublimis nobis. at illum id est polum antarcticum. sub pedibꝰ stix atra id est infernus tenet. manesqꝫ pꝛofundi id est anime infernales: ⁊ hoc est qd̄ dicit.

❡ De zodiaco circulo.

Est alius circulus in sphera qui intersecat equinoctialē ⁊ intersecat̄ ab eodē in duas partes equales: ⁊ vna eiꝰ medietas declinat versus septentrionem alia versus austrum: ⁊ dicitur iste circulus zodiacus a zoe qd̄ est vita: q2 ſm motū planetarum sub illo est omnis vita in rebus inferioꝛibus. Vel dicitur a zodion qd̄ est animal: q2 cuꝫ diuidatur in duodecim partes equales quelibet pars appellat̄ signum: ⁊ nomē habet speciale a nomine alicuius animalis ꝓpter pꝛoprietatem aliquam conuenientem tam ipsi ꝙ̄

animali. Uel propter dispositionem stellarum fixarum in illis partibus ad modum huiusmodi animalium. Iste vero circulus latine dicitur signifer: quia fert signa: vel quia diuidit in ea. Ab Aristotele vero in libro de generatione ⁊ corruptione dicitur circulus obliquus: vbi dicit ꝙ secundum accessum ⁊ recessum solis in circulo obliquo fiũt generatiões ⁊ corruptiões in reb⁹ inferiorib⁹.




Postq̄ Auctor in superiori parte tractauit de circulo equinoctiali in ista parte tractat de zodiaco: ⁊ diuidit̃ ista pars in tres: nã in prima tractat de eo quantũ ad substantiã: ⁊ in secunda quantũ ad nomen. ⁊ in tertia ostendit nomina ⁊ numerũ signoꝝ que in ipso reperiunt̃. secunda pars incipit ibi [Et dr̃ circulus ⁊c̃.] Tertia incipit ibi [Nomina aũt signorũ ⁊c̃.] Dicit de ista parte ꝙ circulus zodiacus est alius subaudi. diuersus qui intersecat equinoctialem ⁊ intersecatus est ab equinoctiali in duas equales partes ⁊ vna medietas eius declinat versus septentrionẽ ⁊ alia v̾sus meridiẽ siue austrũ. ¶ Circa istã partẽ debetis scire ꝙ zodiacus positus fuit oblique in celo vt recte staret supra partẽ terre que habitat̃ ⁊ hoc est de septentrione in austrũ. Nã iste circulus est vita oĩuʒ qui in mundo sunt vt dicit Hipparc⁹ de vigore nature: zoe id est circulus animalis vel zodiac⁹ vita est ⁊ cor animaliũ ⁊ omniũ que in mundo. Iuxta qđ debetis intelligere ꝙ circulus iste dicit̃ esse vita non formaliter: sed subiectiue; nam signa que in ipso sunt non formaliter agunt sed per planetas septẽ: qꝛ sicut se hẽt forma ad materiã sic se habẽt radij planetarũ ad signa: vnde vita est omniũ mundanoꝝ informatus ex radijs planetarum. Preterea dicebat Hipparc⁹ ꝙ ẽ vita ⁊ cor animaliũ: qꝛ sicut cor informatũ virtute vitali se habet ad mẽbra nostri corporis eo ꝙ ip̃m est cã ⁊ p̃ncipium motus ⁊ operationuʒ que in nobis: sic ⁊ iste circulus zodiacus informatus radijs stellarũ erraticarũ dicit̃ vita oĩum que in mundo: ⁊ hoc est qđ dicebat Almansor in suis aforismis: signa significant corpora: planeta v̾o ea que mouent corpora: quia sicut planete significant naturas que forme sũt in nobis sic significãt corpora que materie sunt in nobis. ¶ [Et dicit̃ circulus ⁊c̃.] In ista parte tractat de zodiaco quantũ ad eius denominationem. Et diuidit̃ ista pars in partes quinque: s̾m ꝙ quinque modis denominari põt. Sc̃da ibi [Uel dicit̃ ⁊c̃.] Tertia ibi [Uel ꝓpter dispositionẽ.] Quarta ibi [Iste idẽ ⁊c̃.] Quinta ibi [Uel obliqu⁹ circulus.] Dicit de p̃a parte ꝙ circulus iste zodiacus dr̃ a zion qđ est vita: qꝛ s̾m motũ planetarũ sub ipso subaudi: inquãtũ planete informant: est vita omnis in rebus inferioribus. ¶ Circa istã partẽ solet esse vna dubitatio cõmunis: vtruʒ. s. circulus zodiacus cum alijs sit causa vite in istis inferioribus: ⁊ videtur ꝙ nõ vnica ratione. Nã generans habet speciem generati: si corpa celestia essent causa vite istorum inferioꝝ: sequeret̃ necessario ipsa participare vitã eandẽ s̾m spẽm. Sed hoc est impossibile: qꝛ vita celestiũ informaret̃ rebus nõ naturalibus vt somno ⁊ vigilia: quiete ⁊ motu: quare nõ sunt vita istoꝝ inferioꝝ. ¶ In oppositũ est Hermes p̃mo de spe. ⁊ de luce: qui ad litteraʒ sic dicit. Agens vniuersale ⁊ significatrix preter primam naturã oĩuʒ viuentiũ sunt vita. ⁊ Phũs. 2° physicoꝝ dicit ꝙ homo generat hominẽ ex materia ⁊ sol. s. totum corpus celeste cõpositum ex omnibus spheris: ⁊ multi alij quos dimitto. ¶ Dico ad questionẽ ꝙ causa est duplex vniuersalis ⁊ particularis. Dico ꝙ si loquamur de causa particulari ipsa est causa efficiẽs imediata ⁊ ꝓxima ipsius vite: ⁊ sic generãs opꝫ habere speciẽ generati. Si v̾o loquimur de causa celesti siue vniuersali: vt est efficiens vitã istud nõ opꝫ. Nã celestia ⁊ precipue sol ⁊ luna sunt causa ꝯseruationis istoꝝ inferiorũ: vt alias dixi vobis: quia sol est radix luminis ⁊ celestia corpora agunt per lumen ⁊ luna subiectiue in se ĩcludit virtutes oĩum planetarum: vt superius dixi quare ⁊c̃. ¶ Debetis vos aliud noscere ꝙ s̾m nostrã ⁊ verã fidẽ iste circulus formatus in zodiaco ex radijs planetaruʒ lꝫ sit causa vite: tamen non est causa voluntatis nostre nec intellectus nisi dispositiue: ⁊ sic teneo ⁊ credo vere: quãuis alij Astrologi contrariũ teneant dicentes: ꝙ oĩa generata ⁊ corrupta ⁊ renouata in mundo inferiori generabili ⁊ corruptibili habent causas efficientes in mũdo superiori ingenerabili ⁊ incorruptibili: ⁊ ꝓbant sic. Omne qđ est primum in potentia deinde exit in actuʒ per aliqđ actuale exit de potentia in actũ. Sed omnia generata corrupta ⁊ renouata in mundo ĩferiori ⁊ act⁹ electionis liberi arbitrij prius fuerũt in potentia q̄ʒ in actu: ergo omnia exeunt ad actum per aliqđ actuale qđ semper est vnico mõ se habens: sed in operatione ad effectũ aliter ⁊ aliter se habens: ⁊ sic necesse est in effectũ deduci. Corpora v̾o celestia sũt semꝑ in seipsis vno mõ se habentia ⁊ renouantia ista inferiora s̾m sitũ vel s̾m cõparationẽ situalẽ: nec in vniuersalitate mundi sensibilis: aliud a corporibus celestib⁹ reperit̃ sic se habens manifestum est ꝙ omnia generata corrupta ⁊ renouata ⁊ actus voluntarij per virtutem celestiũ corpoꝝ generant̃ corrumpunt̃ ⁊ renouant̃. Istam rationem ego destruam in glosis Cẽtiloquij primo verbo vbi locũ habebit. ¶ [Uel dicit̃ ⁊c̃.] Iste circulus dicitur alio mõ a zodias qđ est animal: qꝛ cũ diuidit̃ in duodeciʒ partes quelibet pars signum appellatur ⁊ habet nomen speciale alicuius animalis propter ~~aliquã~~ proprietatem conuenientem tam ipsi q̄ʒ animali. Circa istam partem debetis scire ꝙ Auctor dicit ꝙ quelibet pars signũ appellatur: ⁊ habet nomen speciale alicuius animalis ꝓpter aliquã proprietatẽ conuenientem tam ipsi q̄ʒ animali. Unde aliqui dicũt ꝙ Aries dicitur ex quadã similitudine: quia sicut aries in estate iacet in dextro latere: ⁊ in hyeme in sinistro: sic sol cuʒ est in ariete dicit̃ esse in sinistro celi. Et Taur⁹ dicit̃ qꝛ cuʒ sol est in tauro eleuat cornua radioꝝ suoꝝ ⁊ reddit terram arabileʒ. Gemini dicit̃ eo ꝙ sol stat in illo signo duob⁹ diebus plus q̄ʒ in alio signo. Cancer dicit̃: qꝛ sicut cãcer retrocedit: sic sol cum est in cancro retrocedit ab ascensu suo. Leo dicit̃: qꝛ sicut Leo ex parte anteriori est calide complexionis ⁊ pars posterior est frigida: sic sol cum erit de mẽse augusti in principio facit calorẽ ⁊ in fine frigus. Uirgo dicitur: qꝛ sicut virgo nõ parit: sic mẽsis septembris ꝙ sol est in virgine nihil orit̃. Libra dicit̃ qꝛ cuʒ sol est in illo signo ponderat ⁊ equat diem cum nocte: ⁊ sic de alijs dando proprietatẽ suam. Sed cum istud qđ isti dicunt nõ causet errorem in scientia: iccirco nõ improbo. Sed veritas est ista lꝫ ꝙ ponit Moyses Arabi. Omnis species in mundo habet stellam respicientẽ ⁊ conseruantẽ ipsam in esse suo: subaudi per virtutẽ diuinã: ideo stelle que sunt in ariete gubernant ⁊ respiciunt arieteʒ in hoc mundo: ⁊ sic de alijs. Nam signa rationabilia siue humana: que sunt gemini: virgo: ⁊ medietas sagittarij respiciũt rationalitatẽ humanitatis. Et illi qui habent ista signa pro ascendente: rationabiles sunt vt plurimũ ⁊ libenter conuersant̃ cũ hominibus. Illi v̾o qui habẽt

ista

ista signa sylvestria abhorrent cū hoībus conversari: ⁊ va dūt libēter soli vt fere: nec velūt associari. Et hoc est qđ dicit Auctor ꝓpter ꝓprietatē cōuenientē tā ipsi q̄ aiali. ¶ Uel ꝓpter dispōnē ⁊c.] Hic ostendit alium modum denoīationis: ⁊ dicit ꝙ pars istius zodiaci potest nomi/nari ꝭm dispositionē stellaꝝ fixaꝝ: vel in illis partibus repertarū que sunt ad modū aialiū. Juxta qđ debetis itelligere ꝙ omnis stella ꝑter planetas aut est in signo aut de signo. Unde sunt alique stelle de quibus multo/tiens dixi vobis que in diuersis partibus et signis sunt situate que causant ⁊ figurant formas aīaliū ⁊ humano rū. Nā in ariete .s. in pma facie ascendit quidā iuuenis: ⁊ sic diuerse figure sunt in celo sub quibus multe fiunt imagines ad oīa que volumus operari. Jdcirco dicebat Ptolomeus in centiloquio. Uultus huius seculi subie/cti sunt vultibus corporū superiorū: ideo sapientes qui imagines faciebant stellarū introitū in celestes vultus inspiciebāt: ⁊ tūc operabant qđ debebant de imaginibꝰ quorū oīum sniam in centiloquio dicam vobis. ¶ Jste autē circulus.] Hic ostēdit duplicē modū denoīationis circuli zodiaci. ⁊ dicit ꝙ iste circulus vocatur latine si/gnifer vel obliquus: quia oblique ad axem fert signum. Sicut dicit Aristo. in 2° de gñatione ⁊ corruptione. vbi dicit ꝙ ꝭm accessum vel recessum planetarū per circu/lum obliquum fiunt generationes ⁊ corruptiones in re bus inferioribus.

¶ Noīa aūt signoꝝ. ordinatio ⁊ numerus i his patent versibus. Sunt Aries Taurus Gemi ni Cancer Leo Uirgo: Libraq̄ꝫ Scorpiꝰ Ar citenēs Caper Amphora Pisces. Quodlibet autē signū diuidit in .xxx. gradus. Unde patet ꝙ in toto zodiaco sunt .ccclx. gradus. Secūdū autē astronomos iterū quilibet gradus diui/ditur in .lx. minuta: quodlibet minutū in .lxij. quodlibet scđm in .lxiij. ⁊ sic deinceps vsq̄ꝫ ad decem. Et sicut diuiditur zodiacus ab astrono mo: ita ⁊ quilibet circulus in sphera: siue ma/ior siue minor in partes cōsimiles. Cū oīs etiā circulus in Sphera preter zodiacū itelligatur sicut linea vel circūferētia: solus zodiacus itelli gitur vt supficies hñs in latitudine sua .xij. gra/dus. de cuiusmodi gradibus iaꝫ locuti sumus. Unde patet ꝙ quidā mentiuntur in astrologia dicentes signa esse quadrata: nisi abutentes no mine idem appellent quadratum ⁊ quadrāgu/lum: signū enim habet .xxx. gradus in lōgitudi/ne: duodecim vo in latitudine.

¶ Jn ista parte ostendit noīa numerū ⁊ ordinem signo/rum: ⁊ dicit ꝙ in his versibus cōtinet numerus ⁊ ordi/natio signorum est Aries Taurus Gemini Cancer Leo Uirgo: Libra Scorpiꝰ Arcitenēs .i. Sagitarius. Caper: id est Capricornus. Amphora .id est Aquarius Piscis. ¶ Juxta qđ debetis itelligē vt possitis soluere ꝙ solet queri multotiens: quare ista signa nō fuerunt numero nisi duodecim. Secūdo cū forma circularis non habeat aliquid loco principij: cur ab ariete dicitur initiari et a piscibus finiri. Dico ad primū ꝙ deus ⁊ natura agens virtute ipsius dei benedicti: non facit frustra nec in ne/cessarijs deficit: sed cū omne qđ est sub sphera cōponat ex quatuor elementis: ⁊ quatuor sunt triplicitates stel/larū .s. duodecim signa que ipsa elemēta regulāt ⁊ dispo nunt: idcirco duodecim fuerunt signa nō planeta. Nam Aries Leo ⁊ Sagittariꝰ est triplicitas ignea. Capricor/nus Taurus ⁊ Uirgo ē triplicitas terrea. Cancer Scor/pio ⁊ Piscis est triplicitas aquea. Gemini Libra ⁊ Aq̄/rius est triplicitas aerea. Jccirco non fuerunt ista signa plura nec pauciora. ¶ De scđo dico ꝙ aries est ṗncipiū: ⁊ piscis est finis circuli zodiaci. Nam calidū est princi pium gñationis ⁊ motus animatoꝝ: ⁊ frigidū ṗncipiū corruptionis rerū. Est aūt in rebus pmo generatio ⁊ vl/timo corruptio. Jdcirco Aries qđ est calidū est primum signū sub quo cū intrat sol omnia vegetabilia pullulāt ⁊ incipiunt renouari. Et in piscibꝰ frondes totaliter ad/mittunt. Jccirco ab ipso Ariete fuit principiū circuli zo diaci ⁊ finis fuit Piscis. Alie sunt opiniones multe: sed si vultis complere legatꝭ libros quos fecit Albumasar: et omnia videbitis seriatim. ¶ Quodlibet ⁊c.] Conse/quēter sequit pars ista in qua eligit ex diuisione signo/rū quātitatē zodiaci. Et diuidit ista pars i partes duas. Nam in prima ex diuisione signoꝝ eligit quātitatē zo/diaci: ⁊ in scđa tractat de linea encliptica. scđa pars inci/pit ibi [Linea vo encliptica.] Prima diuiditur i duas. Nam in pma facit qđ dictū est: ⁊ in scđa remouet erro/res. scđa ibi [Unde patet ⁊c.] Dicit de ista parte ꝙ qđli bet signum diuidit in triginta gradus. Et quilibet gra/dus diuidit in sexaginta minuta. Et qđlibet minutum in sexagintaduo. Et quodlibet scđm in sexagintatria: ⁊ sic quousq̄ꝫ veniat ad atboma. Et dicit ꝙ sicut diuidi/tur zodiacus ab astronomo: ita diuidit circulus qlibet siue sit maior siue minor in partes consimiles. ¶ Jtem cum oīs sphera.] Jn ista parte concludit latitudinē quā titatis zodiaci: ⁊ dicit ꝙ cū omnis sphera intelligat sic linea vel circūferentia. Solus zodiacus intelligit vt su perficies habens duodecim gradus in latitudine: de cu/ius gradibus iam ipse fuit locutus. ¶ Unde patet ⁊c.] Hic remouet errorē ⁊ dicit ꝙ ex his patet: ꝙ quidaꝫ nō vendunt in astrologia dicentes ꝙ signa sunt quadrata nisi abutant noīe: ⁊ appellēt illud quadratū qđ est qua/drangulū: quia signū habet .xxx. gradus in longitudine ⁊ latitudine duodecim. ergo cū lōgitudo sit maior lati/tudine non erit aliquod signum quadratū subaudi: qa quadratū constat ex omnibus lateribus equalibus: qua drangulus vo non: ⁊ hoc est quod dicit.



¶ Linea aūt diuidens zo/diacum in cir cuitu ita ꝙ ex vna parte sui relinquat sex gradus: ⁊ ex alia pte alios sex dicitur li/nea ecliptica: qm̄ qñ sol ⁊ luna sūt linea liter sub illa: contingit ecli psis solis aut lune. Solis: vt si fiat noui lunium ⁊ luna iterponatur recte iter aspectus

nostros ⁊ corp⁹ solare. Lune: vt in plenilunio: qñ sol lune opponit̃ diametral'r. Vñ eclipsis lune nihil aliud est q̃ȝ interpositio terre iter corpus solis ⁊ lune. Sol quideȝ semper decurrit sub ecliptica: omnes alij planete declinant vel versus septentrionem: vel versus austrũ: quãdoqȝ autem sunt sub ecliptica.


¶ Postq̃ȝ Auctor in superiori parte ostendit quantitatẽ zodiaci s'm longitudinem ⁊ latitudinem. In ista parte determinat de linea ecliptica. Et diuiditur ista pars in partes duas. Naȝ in prima tractat de ipsa: ⁊ in secunda dat quedã documẽta. scḋa ibi[Pars vo zodiaci.] Dicit de ista parte ꝙ linea ista descripta circulariter in circuitu zodiaci diuidens quantitates ipsius lateri zodiaci in duas partes equales: ita ꝙ cũ tota latitudo ipsi⁹ sit duodecim graduum dimittit sex ex vna parte: ⁊ sex ab altera: linea talis dicit̃ ecliptica. ¶[Quoniã qñ sol ⁊c̃.] In ista parte reddit causaȝ quare dicitur ecliptica. Et diuiditur ista pars in tres. Nam in prima facit hoc ostendẽdo per effectum in sole ⁊ luna: ⁊ in scḋa ostendit concludendo eclipsiȝ lune quid sit. Et in tertia tractat de qualitate mot⁹ solis sub zodiaco. scḋa ibi[Unde eclipsis.] tertia ibi[Sol aũt semper.] Dicit de ista parte ꝙ quando sol et luna directe sunt sub ipsa linea siue in superficie contingit solem aut lunam obscurari: obscuritatem solis contingit esse in nouilunio ⁊ luna directe interponatur inter aspectus nostros ⁊ corpus solis: obscuritatẽ lune contingit esse in plenilunio quando sol lune opponitur linealiter: ⁊ terra in medio opponitur diametraliter. ¶[Unde eclipsis.] In ista parte concludit notificãdo eclipsim lune: ⁊ dicit ꝙ eclipsis lune non est aliud q̃ȝ interpositio terre inter solem ⁊ lunã. ¶ Circa istaȝ partem debetis intelligere ꝙ obscuritas solis ⁊ lune potest fieri tribus modis. s. diuine: natural'r: ⁊ artificialiter. Diuina vt fuit illa in passione Christi: quia potẽtia diuina potest quãdo vult mutare ordinẽ nature de potẽtia scilicet absoluta. Natural'r: vt quãdo luna ⁊ sol diametraliter sub ista linea coniungitur ꝙ ei nulla sit latitudo: et de ista intelligit Auctor. Artificialiter: sicut cum elitropia. Nam vt dicit Euax Rex Arabum in libro de lapidibus. Elitropia est quidam lapis magnus cuius color est viridis: ⁊ habet sanguineas guttas ⁊ multas proprietates quas nunc dimitto. Sed illam dico ꝙ facit ad ꝓpositum. Nam si sub tecto vbi sit sphera solis ponatur in concha plena aqua: ita ꝙ sphera solis in aqua tangat ipsam: subito vapores ascendunt ⁊ multiplicant̃ ꝙ obũbrant totum orizontem: et per consequens solem in illa ciuitate. Unde multi fatui dicũt ꝙ obscuritas que fuit in passione Christi fuit facta in Hierusaleȝ virtute elitropie ⁊ nõ diuine. Alij dicunt ꝙ fuit stella comata que vocatur a Ptolomeo Milex que est ex cõplexiõe Veneris: ⁊ est magna admodum lune: ⁊ habet crines et radios suos infundit se retro ⁊ circuit duodeciȝ signa que quando apparet (vt dicit Ptolomeus) insurgunt mutantes leges antiquas: ⁊ leges adducũt nouas: ⁊ ista Cometa nocet regibus ⁊ principibus atqȝ potentibus cuȝ apparet. Alij dicunt ꝙ illa eclipsis fuit natural'r ⁊ non miraculosa: nam dicunt ꝙ cum Venus et Mercurius semper sequuntur solem interpositi fuerunt inter aspectum solis ⁊ lune: quia tunc luna erat in decimo gradu Libre: ⁊ Sol erat in decimo gradu Arietis: ideo obscuratus fuit Sol ⁊ Luna: sed istas opiniones ⁊ alias soluã in fine istius tractatus vbi magis habent locum si deo placuerit. ¶ Aliud est quod debetis hic noscere ꝙ obscuritas luminarium semper in mundo denotat detrimentum: vnde dicit Hipparcus in libro detrimenti nature ꝙ terreunt animalia: ⁊ precipue rationis cũ patris ⁊ matris radiorũ videt̃ deficere pulchritudo. ¶ Juxta quod debetis scire ꝙ contribulatis causis contribulantur causata: nam Sol est origo virtutis vitalis: Luna est origo virtutis naturalis: Saturnus virtutis retentiue: Juppiter virtutis augmenti: Mars virtutis irascitiue: Venus virtutis appetitiue: Mercurius virtutis cogitatiue: sed cum vita consistat per virtutes vitales et naturales. Jccirco dicit terreant animalia: ⁊ cum Mercurius semper comitetur Solem qui est origo cogitatiue cum obscuratur Sol ex coniunctione lune. Mercurius est in illa coniunctione: iccirco addidit ⁊ animalia rationis: quia Mercurius recipit contribulationem ex compassione: iccirco causat detrimentum in cogitatiua virtute. Effectus autem particulares quos denotat eclipsis tam Solis q̃ȝ Lune: hic non pono cum non sit locus. ¶ Sed vnum aliud debetis scire ꝙ color eclipsis nõ est nisi color aeris: vt dicit Ptolomeus in scḋo quadripartiti vbi docet cognoscere planetam qui disponit mũdũ hora eclipsis ꝑ colorẽ aeris: ⁊ dic̃ ꝙ si color aeris fuerit niger vl' subuiridis dñat̃ Saturn⁹. Si fuerit subalbidus Juppiter dñat̃. Si fuerit rube⁹ Mars. Si aureus vel citrinus Venus. Si varij coloris dominatur Mercurius. Deinde cum dicit[Sol auteȝ semper ⁊c̃.] In ista parte tractat de qualitate motus solis sub circulo zodiaco. Et dicit ꝙ semper currit vel mouetur sub ista linea ecliptica etsi alij planete declinant versus septentrionem vel versus austrum: ⁊ quãdoqȝ sub ista linea. ¶ Juxta quam partem debetis scire ꝙ sicut dicit Mesalach in libro de causis orbium vnus planeta eclipsat alterũ: vt luna eclipsat Mercurium: quandocũqȝ inter eos nõ est latitudo: vt vidistis in hoc anno ꝙ Luna erat sub Mercurio i parte nõ illuminata. Sed Venus ⁊ Mercurius non possunt eclipsare Solem: quia sicut dicit Mesalach in pallegato libro. Venus ⁊ Mercurius cũ sunt sub sole in vno gradu in lõgitudine sunt longiores q̃ȝ esse possunt in latitudine.

¶ Pars ṽo zodiaci q̄ declinat ab equinoctiali ṽsus septẽtrionẽ dr̃ septẽtriõalis: vl' borealis: vl' arctica. Et illa sex signa q̄ sũt a principio arietis vsqȝ in finẽ ṽginis dñr signa septẽtrionalia vl' borealia. Alia pars zodiaci que declinat ab equinoctiali versus meridiem dicit̃ meridionalis: vel australis: vl' antarctica. Et sex signa que sũt a principio libre vsqȝ in finem piscium dicunt̃ meridionalia vel australia.

¶ In ista parte (vt superius dicebat̃) dat quedam documenta. Et diuiditur ista pars in duas. Nam in prima dat documentuȝ de diuisione zodiaci in latitudine per equinoctium. Et in scḋa qualiter planeta dicitur esse in signo. scḋa pars incipit ibi[Cum aũt sol dicitur in Ariete ⁊c̃.] Prima pars posset diuidi sed non curo: totum legatis simul. Dicit ꝙ pars zodiaci que declinat a circulo equinoctiali versus septẽtrionem dicitur septentrionalis vel borealis vel arctica. Et illa sex signa que sunt a principio arietis vsqȝ ad finẽ ṽginis dicunt̃ septẽtrionalia signa: ⁊ alia pars zodiaci dicitur meridionalis vel australis que declinat ab equinoctiali versus meridieȝ: ⁊ sex

τ sex signa que sunt a principio libre vsq3 in fine pisciū dicunt̄ meridionalia vel australia. ¶ Circa istam partem debetis notare q̄ ista est diuisio totius circuli zodiaci q̄ sex signa sunt septentrionalia et sex australia. Iuxta quod est intelligendum ſm q̄ dicit Mesalach in libro de v̄tute motoris. dignior pars zodiaci est aquilonis: eo q̄ est in ipsa regnum Solis et Lune: et amborum exaltationes que principalissime sunt causa vite. Nam cum Sol fuerit in Ariete omnia renouantur: que sua exaltatio est eterna: τ in ista parte zodiaci oriuntur illi qui vniuerse terre dominant̄: vtputa gratia solis et lune: vt dicit Ptolomeus octauo de actibus separatis. Et Almansor in suis aforismis. Cum vnūq̄dq3 luminarium: scilicet solis τ lune fuerit in corde exaltationis in dominio τ liberū ab infortunio: erit natus rex totius seculi: τ hereditabit semen suum super terrā: τ ipsam longo tēpore possidebit. ¶ Aliud debetis notare q̄ planete diuersificant̄ in influentia in vna parte zodiaci et in alia. Unde Joannes Damascenus in suis aforismis ſm mutationes stellarū in lōgitudine et latitudine vitia et nature ↄsuetudīes mutant̄ τ diuersitatē in aere faciūt: vt ponit Albumasar in reuolutionibus annorū mundi. Et etiam luna habet in meridie ꝓprietatē mirabile3: vt dicit Hermes primo de spe. et de luce. Cum luna fuerit meridionalis descendēs in Scorpione vel in piscibus: non incipias laborare: cito enim huius fabrica diruet̄. ¶ Aliud debetis scire q̄ ciuitas dicit̄ septētrionalis vł australis dupliciter. Uno modo ratione situs eo q̄ ipsa situata est sub parte illa. Alio modo dicit̄ septētrionalis vel australis rōne signi sub quo fuit edificata. Unde cu3 dixi vobis in meis prophetijs q̄ hoc erit in ptibus Aquilonis: id est in illis ciuitatibus que edificate sunt sub aliquo signo septētrionali: τ non in ciuitatibus que situate sunt sub parte illa. Nam in austro sunt ciuitates septētrionales: τ in septētrionale sunt ciuitates australes: τ hec est ratio quare in vna ciuitate in vno anno est mortalitas: fames: τ terremotus: τ in alia (que nō distat per viginti miliaria) est salus gentiū fertilitas et quies. Hoc vt dixi vobis non est nisi ꝓpter diuersitatē stellarū sub qb⁹ fuerūt ipse ciuitates edificate. Deīde cū dic.

¶ Cum autem dicitur q̄ in ariete est sol vel in alio signo. Sciendū q̄ hec prepositio in sumit̄ pro sub ſm q̄ nunc accipimus signu3. In alia autem significatione dicitur signum pyramis quadrilatera: cuius basis ē illa superficies quā appellamus signum: vertex vero eius est in cētro terre. Et ſm hoc ꝓprie loquendo possumus dicere planetas esse in signis. Tertio modo dicitur signum vt intelligatur sex circuli transeuntes super polos zodiaci τ per principia duodecim signorum. Illi sex Circuli diuidunt totam superficiem sphere in duodecim partes latas in medio: arctiores vero iuxta polos Zodiaci: τ quelibet pars talis dicitur signum τ nomen habet speciale a nomine illius signi quod intercipitur inter suas duas lineas. Et ſm hanc acceptione3: stelle que sūt iuxta polos dicunt̄ esse in signis. Item itelligat̄ corpus quoddā: cuius basis sit signū ſm q̄ nūc vltimo accepimus signū: acumen v̄o eius sit sup axem zodiaci. Tale igitur corpus in quarta significatiōe dicit̄ signū: ſm quā acceptione3 totus mūdus diuidit̄ in duodecim partes equales que dicuntur signa: τ sic quicquid est in mūdo est in obliquo signo.



¶ In ista parte dat documentū quō dicat̄ planeta eē in signo. Ista pars posset diuidi: sed nō curo: legatis totu3 simul. Dicit q̄ sol siue planeta esse in signo dicitur quatuor modis. Uno modo accipiēdo in pro sub ſm q̄ ia3 ipse accepit. In alia significatione dicit̄ signū quadrilatera pyramis: cui⁹ latitudo est superficies quā appellamus signū τ punctus siue acuties eius est in centro terre: exēpli grā dato q̄ a quolibet latere sup̄ficiei arietis ducat̄ linea que cū venit in cētro describet corpus quadrilatere pyramidale: cui⁹ basis siue latitudo est superficies quadrāgula. Angulus v̄o in quo linee cōiungunt̄ in centro est vertex siue acuties: vt patet in figura imarginali: τ hoc mō planete dr̄ esse in signis. Tertio mō dicunt̄ planete esse in signo vt intelligant̄ sex circuli trāseuntes sup polos zodiaci per p̄ncipia .iz. signorū: τ isti circuli diuidūt totā sup̄ficiē sphere in .iz. partes latas. scil3 in medio τ strictiores iuxta fine: quelibet talis ps dicit̄ signū τ nomē speciale h3 a noīe illius signi qd̄ icludit̄ iter lineas: τ ſm istā acceptionē stelle que sūt iuxta polos dicunt̄ esse in signo: τ isto mō accipiēdo signū est sola superficies. Quarto τ vltimo modo planeta dr̄ esse in signo: vt intelligat̄ esse qd̄da3 corpus: cuius basis est signū ſm q̄ ipse accepit vltio. s. in tertio mō. acutu3 v̄o eius sit supra axē zodiaci: tale in q̄rta significatione dr̄ signū ſ3 quā significationē totus mūdus diuidit̄ in .iz. ptes eq̄les: τ sic q̄cq̄d est ī mūdo. s. a sup̄ficie firmamēti vsq3 ad terrā dr̄ eē totū in signo: τ hoc est quod dicit.


¶ De duobus coluris.

Sunt autem alij duo circuli maiores in sphera qui dicunt̄ coluri: quorum officiū est distinguere solstitia τ equinoctia. Dicitur autē colurus a colon grece quod est membrū: τ uros qd̄ est bos sylvester: quia queadmodu3 cauda bouis sylvestris erecta que est eius membrū facit semicirculum τ non perfectum: ita colurus semp apparet nobis imperfectus: qm̄ solum vna eius medietas apparet: alia v̄o nobis occultatur.

Postq̄ aūt Auctor in supiori pte tractauit de linea ecliptica τ de acceptione signi. In ista parte tractat de coluris: τ diuidit̄ ista pars i duas. Nam in prima dat itentū: τ in scđa ꝓsequit̄. scđa ps incipit ibi [Dicit̄ aūt.] Dicit

¶ De ortu et occasu signorum secundum astrologos.



Sequitur de ortu et occasu signorum prout sumunt astronomi: et prius in sphera recta. Sciendum est quod tam in sphera recta quam obliqua ascedit equinoctialis circulus semper vniformiter. s. in temporibus equalibus equales arcus ascendunt. Motus enim celi vniformis est: et angulus quem facit equinoctialis cum orizonte obliquo non diuersificatur in aliquibus horis. Partes vero zodiaci non de necessitate habent equales ascensiones in vtraque sphera: quia quanto aliqua zodiaci pars rectius oritur: tanto plus temporis ponitur in suo ortu. Huius signum est: quia sex signa oriuntur in longa vel in breui die artificiali: similiter et in nocte.




Icirco dicit quod omnis oppositio per respectum dicitur esse mala. Alio modo dicitur seu sumitur necromantice: vt accipit ipsam Hipparcus in libro de rebus vt ad litteram sic dicitur. Remota sit ab elementis: iccirco dignior est oppositio crucialis. In ista parte debetis intelligere quod spiritus qui sunt extra ordinem gratie aliqui tenent elementa. Et aliqui sunt in elemento ignis. Aliqui in elemento aeris. Aliqui in elemento terre. Illi (qui sunt in igne) aliquando inflammant aerem horribili flamine. Ut videtur quasi columna ignea moueri de celo: et hoc apparet in exercitu de nocte cum prelium ordinatur: quia demones stant ad recipiendum animas: iccirco maximum periculum est pro anima mori in prelio campestri nisi pugna sit pro fide Christi. Aliqui tenent aerem vt quandoque videtis nubes terribiles subito in aere apparere que apparent in similitudine animalium: vt leonum: serpentum: draconum: et sic de alijs. Aliquando videtis volutiones siue circulationem pulueris in aere eleuari. Alij tenent terram: et hi vadunt quandoque in forma peregrinorum: et in forma pauperum: et quandoque mulieris fatue: et mittunt discordias inter gentes: quandoque vadunt de nocte vt aliquoties audietis horribiles clamores: in quibus clamoribus videtur quod infinita coria sicca trahantur per terram. Unde cum talia apparent in ciuitate raro fallunt: quin in illis nouitates et detrimenta contingant. Unde cum dicit Hipparcus quod cum remota sit ab elementis .i. isti spiritus elementares qui sunt de minori hierarchia: iccirco nobilior est oppositio circularis crucialis. s. spiritus qui sunt in oriente: occidente: septentrione: et meridie: quorum proprietates hic taceo: cum non sit locus.




¶ Notandum igitur quod ortus vel occasus alicuius signi nihil aliud est quam illam partem equinoctialis oriri que oritur cum illo signo oriente: vel ascendente supra orizontem: vel illam partem equinoctialis occidere que occidit cum aliquo signo occidente .i. tendente ad occasum sub orizonte. Signum autem recte oriri dicitur cum quo maior pars equinoctialis oritur: oblique vero cum quo minor. Similiter est intelligendum est de occasu. ¶ Et est sciendum quod in sphera recta quarte zodiaci incohoate quatuor punctis: duobus. s. solstitialibus et duobus equinoctialibus adequantur suis ascensionibus. Id est quantum temporis consumit quarta zodiaci in suo ortu: in tanto tempore quarta equinoctialis illi conterminalis perorit̄ur: sed tamen partes illarum quartarum variantur: nec habent equales ascensiones: sicut iam patebit. Est enim regula: quilibet duo arcus zodiaci equales et equaliter distantes ab aliquo quatuor punctorum iam dictorum equales habent ascensiones. ¶ Et ex hoc sequitur quod signa opposita equales habent ascensiones. Et hoc est quod dicit Lucanus loquens de processu Catonis in Libyam versus equinoctialem. Non obliqua meant: nec Tauro rectior exit Scorpius: aut Aries donat sua tempora libre: Aut astrea iubet lentos descendere pisces: Par geminis chiron: et idem quod charcinus ardens Humidus egloceros: nec plus Leo tollitur vrna. Hic dicit Lucanus quod

existentibus sub equinoctiali signa opposita equales habent ascensiones et occasum. Oppositio autem signorum habetur per hunc versum. Est li ari sco tau sa gemi capri can a le pis vir. ¶ Et notandum quod non valet talis argumentatio. Isti duo arcus sunt equales: et simul incipiunt oriri: et semper maior pars oritur de uno quam de reliquo: ergo ille arcus citius perorietur cuius maior pars semper oriebatur. Instantia huius argumentationis manifesta est in partibus predictarum quartarum. Si enim sumatur quarta pars zodiaci: que est a principio arietis usque ad finem geminorum: semper maior pars oritur de quarta zodiaci quam de quarta equinoctialis sibi conterminali: et tamen ille due quarte simul perorientur. Idem intellige de quarta zodiaci que est a principio libre usque in finem sagittarij. Item si sumatur quarta zodiaci que est a principio cancri usque in finem virginis: semper maior pars oritur de quarta equinoctialis quam de quarta zodiaci illi conterminali: et tamen ille due quarte simul perorientur. Idem intellige de quarta zodiaci que est a primo puncto capricorni. usque in finem piscium. ¶ In sphera autem obliqua sive declini due medietates zodiaci adequantur suis ascensionibus. Medietates dico que sumuntur a duobus punctis equinoctialibus: quia medietas zodiaci: que est a principio arietis usque in finem virginis oritur cum medietate equinoctialis sibi conterminali. Similiter alia medietas zodiaci oritur cum reliqua medietate equinoctialis. ¶ Partes autem illarum medietatum variantur secundum suas ascensiones: quoniam in illa medietate zodiaci: que est a principio arietis usque in finem virginis semper maior pars oritur de zodiaco quam de equinoctiali: et tamen ille medietates simul perorientur. Econverso contingit in reliqua medietate zodiaci: que est a principio libre usque ad finem piscium: semper enim maior pars oritur de equinoctiali quam de zodiaco: et tamen ille medietates simul perorientur. Unde hic patet instantia facta manifestior contra argumentationem superius dictam. Arcus autem qui succedunt arieti usque ad finem virginis in sphera obliqua minuunt ascensiones suas supra ascensiones eorundem arcuum in sphera recta: quia minus oritur de equinoctiali. Et arcus qui succedunt libre usque ad finem piscium in sphera obliqua augent ascensiones suas supra ascensiones eorundem arcuum in sphera recta: quia plus oritur de equinoctiali. Augent dico secundum tantam quantitatem in quanta arcus succedentes arieti minuunt. Ex hoc patet quod duo arcus equales et oppositi in sphera declini habent ascensiones suas iunctas equales ascensionibus eorundem arcuum in sphera recta simul sumptis: quia quanta est diminutio ex una parte tanta est additio ex altera. Et enim arcus inter se sint inequales: tamen quantum unus minor est tantum recuperat alius. et sic patet adequatio. ¶ Regula quidem est in sphera obliqua quod quilibet duo arcus zodiaci equales et equaliter distantes ab alterutro punctorum equinoctialium equales habent ascensiones. ¶ Ex dictis etiam patet quod dies naturales sunt inequales.



Est enim dies naturalis revolutio equinoctialis circa terram semel cum tanta zodiaci parte quanta interim sol pertransit motu proprio contra firmamentum. Sed cum ascensiones illorum arcuum sint inequales: ut patet per predicta tam in sphera recta quam in obliqua: et penes additamenta illarum ascensionum considerentur dies naturales: illi de necessitate erunt inequales. In sphera recta propter unicam causam. s. propter obliquitatem zodiaci. In sphera vero obliqua propter duas causas. s. propter obliquitatem zodiaci: et obliquitatem orizontis obliqui. Tertia solet assignari causa eccentricitas circuli solis. ¶ Notandum etiam quod sol tendens a primo puncto capricorni per arietem usque ad primum punctum cancri raptu firmamenti describit. clxxxij. paralellos: qui etiam paralelli et si non omnino sint circuli sed spire (cum tamen non sit in hoc error sensibilis) in hoc vis non constituatur: si circuli appellentur: de numero quorum circulorum sunt duo tropici: et unus equinoctialis. Item iam dictos circulos describit sol raptu firmamenti descendens a primo puncto Cancri per Libram usque ad primum punctum Capricorni. Et isti circuli dierum naturalium circuli appellantur. Arcus autem (qui sunt supra orizontem) sunt arcus dierum artificialium. Arcus vero (qui sunt sub orizonte) sunt arcus noctium. In sphera igitur recta cum orizon sphere recte transeat per polos mundi: dividit omnes circulos istos in partes equales. Unde tanti sunt arcus dierum:

quanti sunt arc⁹ noctiū apud existētes sub equinoctiali. Vñ patet q̄ existentib⁹ sub equinoctiali in q̄cunq̄ pte firmamēti sit sol est semp equinoctiū. In sphera aūt declini orizon obliqu⁹ diuidit solū equinoctialē in duas ptes eq̄les. Vñ q̄n sol est in alterutro punctoꝝ equinoctialiū: tūc arc⁹ diei equat̄ arcui noctis: ⁊ est equinoctiū in vniuersa terra. Oēs v̄o alios circulos diuidit orizon obliqu⁹ in ptes ineq̄les: ita q̄ in oib⁹ circulis: qui sūt ab equinoctiali vsq̄ ad tropicū cancri ⁊ in ipso tropico cācri: maior est arcus diei q̄ noctis: id est arc⁹ sup orizontē q̄ sub orizonte. Vñ in toto tēpore quo sol mouet̄ a pricipio arietis per cācrū vsq̄ in finē v̄ginis maiorant̄ dies supra noctes: ⁊ tāto plus quāto magis accedit sol ad cācrū: ⁊ tāto min⁹ quāto magis recedit. Ecōuerso aūt se hēt de dieb⁹ ⁊ noctibus dū sol est in signis australib⁹. In oib⁹ alijs circulis quos sol describit iter equinoctialē ⁊ tropicū capricorni maior ē circulus sub orizōte ⁊ minor supra: vñ arc⁹ diei est minor q̄ arc⁹ noctis. Et ſm pportionē arcuū minorant̄ dies supra noctes: ⁊ quāto circuli sunt ppinq̄ores tropico hyemali: tanto magis minorant̄ dies. Vñ videt̄ q̄ si sumant̄ duo circuli eq̄distātes ab equinoctiali ex diuersis ptib⁹ quāt⁹ est arc⁹ diei in vno: tant⁹ est arc⁹ noctis in reliquo. Ex hoc sequi videtur q̄ si duo dies nāles sumant̄ in anno equaliter remoti ab alterutro equinoctiorum in oppositis partibus: quāta est dies artificialis vnius: tanta est nox alterius: ⁊ econuerso. Sed hoc est quātum ad vulgi sensibilitatem in orizontis fixione. Ratio eni per adeptionem solis contra firmamentū in obliquitate zodiaci verius diiudicat. ℂ Quāto quidē polus mūdi magis eleuatur supra orizontem: tanto maiores sunt dies estatis quando sol est in signis septentrionalibus. Sed ecōuerso q̄n est in signis australib⁹: tāto .n. magis minorant̄ dies supra noctes. ℂ Notādū ēt q̄ sex signa (q̄ sunt a pricipio cācri per librā vsq̄ in finē sagittarij) habēt ascensiones suas in sphera obliq̄ simul iūctas maiores ascēsionibus sex signoꝝ (que sunt a pricipio Capricorni per arietē vsq̄ ad finē Geminorū. Vnde illa




sex signa prius dicta dicūtur recte oriri: ista v̄o sex oblique. Vnde Virg. Recta meant: obliq̄ cadunt a sidere cancri Donec finit chiron: sed cetera signa Nascunt̄ prono: descendūt tramite recto. Et quādo est nobis maxia dies in esta te .s. sole existente in principio cancri: tunc oriūtur de die sex signa directe oriētia de nocte aūt sex oblique. Econuerso quādo nobis est minimus dies in anno .s. sole existente in principio Capricorni tūc de die oriunt̄ sex signa oblique orientia de nocte v̄o sex directe. Quādo autē sol est in alterutro punctorū equinoctialiū: tūc de die oriuntur tria signa directe oriētia: ⁊ tria oblique: ⁊ de nocte similiter. Est eni regula: quātūcunq̄ breuis vel prolixa sit dies vel nox sex signa oriunt̄ de die ⁊ sex de nocte: nec ppter prolixitatē vel breuitatē diei vel noctis plura vel pauciora signa oriūtur. Ex his colligit̄: q̄ cū hora diei naturalis sit spatiū tēporis in quo medietas signi peroriit̄: in qualibet die artificiali: similiter ⁊ in nocte sunt .xij. hore naturales. In omnib⁹ autē alijs circulis (qui sūt a latere equinoctialis: vel ex parte australi vel septentrionali) minorantur vel maiorant̄ dies vel noctes ſm q̄ plura vel pauciora de signis directe oriētib⁹ vel oblique de die vel nocte oriuntur.

ℂ De diuersitate dierum ⁊ noctium que fit habitantibus in diuersis locis terre.

Notandū aūt q̄ illis (quoꝝ zenith est in equinoctiali circulo) sol bis in anno transit per zenith capitis eoꝝ .s. q̄n est in principio arietis: vel in pricipio libre. ℂ Et tūc sunt illis duo alta solstitia: q̄n sol directe transit supra capita eoꝝ. Sunt iterū illis duo ima solstitia: quādo sol est in primis pūctis cācri ⁊ Capricorni: ⁊ dr̄ ima: q̄ tunc sol maxime remouet̄ a zenith capitis eoꝝ. ℂ Vñ ex p̄dictis patet: cū semper habeāt equinoctiū in anno quatuor habebunt solstitia: duo alta ⁊ duo ima. ℂ Patet etiā q̄ duas habēt estates: sole .s. existēte in alterutro punctoꝝ equinoctialium: vel ppe. Duas etiā habēt hyemes .s. sole exñte in primis pūctis cācri ⁊ Capricorni vel ppe. Et hoc est q̄d dicit Alphagran⁹: q̄ estas ⁊ hyems .s. nostre sunt illis vnius ⁊ eiusdē cōplexionis: q̄n duo tēpora (que sūt nobis estas ⁊ hyems) sunt illis due hyemes. Vnde ex his v̄suū Lucani patet expositio. Deprensum est hūc eē locū: quo circulus alti Solstitij mediū signoꝝ percutit orbē. Ibi eni appellat Lucan⁹ circulū alti solstitij equinoctialē: in quo ꝯtingūt

duo alta solstitia sub equinoctiali existētibus. Orbem signoꝝ appellat zodiacum: quem mediū: id est mediatū hoc est diuisum in duo media equinoctialis percutit: id est diuidit. ¶ Illis etiā in anno cōtingit habere q̄tuor vmbras. Cum eni sol sit in alterutro pūctoꝝ equinoctialiū: tunc in mane iacit̄ vmbra eoꝝ versus occidentē: in vespere vo ecōuerso. In meridie vo est illis vmbra perpendicularis cū sol sit supra caput eoꝝ. Cum autē sol est in signis septētrionalibus: tunc iacit̄ vmbra eoꝝ versus austruʒ. Quando est in australibus: tūc iacit̄ versus septentrionē. ¶ Illis autē oriunt̄ ⁊ occidūt stelle que sunt iuxta polos: sicut ⁊ quibusdaʒ alijs habitantibus circa equinoctialē. Unde Lucanus sic inquit. Tunc furor extremos mouit romanus borestas Carmenosq3 duces: quoꝝ iā flex⁹ in austrū Ether nō totā mergi tamē aspicit arcton: Lucet ⁊ exigua velox ibi nocte boo tes. Ergo mergit̄: ⁊ parum lucet. Itē Ouidi⁹ de eadē stella. Tigit̄ oceano custos erymāthidos vrse: Equoreasq3 suo sidere turbat aq̄s. In situ autem nostro nunq̄ occidūt ille stelle. Unde Virgili⁹. Hic vertex nobis semper sublimis: at illū Sub pedibus styx atra videt manesq3 pfundi. ⁊ Lucanus. Axis in occiduus gemina clarissim⁹ arcton. Itē Virg. in geor. sic inqt. Arctos oceani metuētes equore tingi.



Enith sumit̄ duob⁹ modis vno modo sumitur pro angulo medij celi: vt accipit Zeel in libro de natura nati vbi sic dicit ad litteras Cum Mars in çenith fuerit: ⁊ dominans orięti nato influit dignitatē ipsam cū crudelitatis habitu possidēdo. Iuxta qd̄ debetis itelligere q̄ cū Mars fuerit dominus ascendentis: ⁊ fuerit in angulo celi fortunat⁹ dat totā potentiā ⁊ dignitatē ipsis vtēdo cū impietate ⁊ crudelitate maxima: ⁊ nisi respiciat̄ ab aliquo planeta beniuolo cito natus finiet dignitatē domini: vt patuit in dn̄o Ioanne Uenibene qui tribus annis Esculanis fuit cū crudelitate maxima dominat⁹: postea expulsus. Deinde fuit mortu⁹ extra terrā. Unde semp̄ Mars in tali dispositione dat dignitatē cū crudelitate: que dici pōt infortuniū potius q̄ fortuniū: vt dic Hermes de speculis ⁊ luce: vbi sic dicit ad lr̄am. Cum mars fuerit in .io. id est in decima domo: domin⁹ ascēdētis dat nato dignitatē atq3 potentiā qbus cuʒ iniuria ⁊ crudelitate vtet̄. Hoc vo infortuniū dicit̄ potius q̄ fortuna. ¶ Alio mō sumit̄ çenith pro hierarchia separatoꝝ excellentioris nature. Ut accepit Hipparc⁹ in lib⁹ de vinculo spiritus: vbi dicit ita ad lr̄am. O admirāda çenith ⁊ natura deifica occulta oculis humanoꝝ: q̄uis aurea specie ordo gratie sit ablatus: Tamen natura ordinis theos posuit principatum.

¶ Quoꝝ zenith est iter equinoctialē ⁊ tropicū cancri.




Llis aūt quoꝝ zenith est inter equinoctialē ⁊ tropicū cācri cōtingit bis in anno q̄ sol trāsit per zenith capitis eorū: qd̄ sic patet. Intelligat̄ circulus paralellus equinoctialis transiens per zenith capitis eoruʒ: ille circulus intersecabit zodiacū in duobus locis equidistantibus a pricipio cācri. Sol igit̄ existens in illis duob⁹ pūctis trāsit per zenith capitis eoꝝ. Unde duas habēt estates: ⁊ duas hyemes: quatuor solstitia: ⁊ quatuor vmbras sicut existētes sub equinoctiali. Et in tali situ dicunt quidā Arabiā esse. Unde Lucanus loquēs de arabibus veniētibus Romā in auxiliū Pompeio dicit. Ignotū vobis arabes venistis in orbem: Umbras mirati nemoꝝ nō ire sinistras. Qm̄ in partib⁹ suis quādoq3 erāt illis vmbre dextre: q̄nq3 sinistre: q̄nq3 ppēdiculares: q̄nq3 orietales: q̄nq3 occidētales. Sed quādo venerant Romani citra tropicuʒ cancri: tunc semp̄ habebāt vmbras septentrionales.

¶ Quorum zenith est in tropico Cancri.



Llis siquidē quorū zenith est in tropico cancri cōtingit q̄ semel in anno trāsit sol per zenith capitis eoꝝ: sciliʒ q̄n est i p̄rio pūcto cācri ⁊ tūc in vna hora diei vni⁹ toti⁹ anni est illis vmbra ppendicularis. In tali situ dicit̄ esse Syene ciuitas Unde Lucan⁹. Umbras nusq̄ flente Syene hoc itellige in meridie vni⁹ diei: ⁊ per residuū totius anni iacitur illis vmbra septētrionalis.



Umbra perpendicularis.

¶ Quorum zenith est inter tropicuʒ Cancri ⁊ circulum arcticum.



Llis vo quoꝝ zenith est iter tropicū cancri: ⁊ circuluʒ arcticū: cōtingit q̄ sol in sempiternū nō trāsit per zenith capitis eoꝝ: ⁊ illis semp̄ iacit̄ vmbra versus septētrionē. Talis est situs noster. Notandū etiā q̄ ethiopia vel aliqua pars ei⁹ est circa tropicuʒ cācri. Unde Lucan⁹. Ethiopūq3 solū qd̄ nō premeret ab vlla Signiferi regiōe poli: in poplite lapso Ultima curuati pcederet vngula tauri. Dicūt eni quidā q̄ ibi sumit̄ signū equinoce pro duodecima parte zodiaci:

⁊ pro forma animalis q̄d fm maiorē partē sui est in signo: q̄d denominat. Unde taur⁹ cuȝ sit in zodiaco fm maiorē sui partē: tñ extendit pedem suū vltra tropicuȝ cācri: ⁊ ita ꝑmit ethiopiā: lȝ nulla pars zodiaci ꝑmat eaȝ. Si eni pes tauri (de quo loquit̃ auctor) extēderet̃ versus equinoctialē: ⁊ esset in directo arietis: vel alterius signi: tūc ꝑmeret̃ ab ariete vel virgine vel alijs signis: q̄d patet per circulū equinoctialeȝ paralellū circūductū per zenith capitis ipsoꝝ ethiopū: ⁊ arietē ⁊ virginē vel alia signa. Sȝ cū ratio physica huic cōtrariet̃: nō eni ita essent denigrati si i tēperata nascerent̃ habitabili. Dicendū q̄ illa pars ethiopie: de qua loquit̃ Lucanus est sub equinoctiali circulo: ⁊ q̄ pes tauri de quo loquit̃: extēdit̃ versus equinoctialē. Sed distinguit̃ tūc in signa cardinalia ⁊ regiones. Naȝ signa cardinalia dicunt̃ duo signa in q̄bus ꝯtingūt solstitia: ⁊ duo in q̄b⁹ ꝯtingūt eq̄noctia. Regiones aūt appellant̃ signa itermedia. Et ꝑȝ hoc patet q̄ cū ethiopia sit sub eq̄noctiali nō ꝑmit̃ ab aliq̄ regione: sed a duobus signis tm̄ cardinalib⁹: scilicet ariete ⁊ libra.

¶ Quorum zenith est in circulo arctico.

Illis autē quoꝝ zenith est in circulo arctico: cōtingit in quolibet die ⁊ tēpore anni q̄ zenith capitis eoꝝ ē idē cū polo zodiaci: ⁊ tunc habēt zodiacum siue eclipticā pro orizonte. Et hoc est q̄d dicit Alphagranus q̄ ibi circulus zodiaci flectit̃ supra circulū hemispherij. Sed cū firmamentū cōtinue moueat̃ circulus orizontis interseccabit zodiacū in instanti: ⁊ cū sint maximi circuli in sphera intersecabūt se in partes equales. Unde statim medietas vna zodiaci emergit supra orizontē: ⁊ reliqua deprimit̃ sub orizonte subito: ⁊ hoc est q̄d dicit Alphagranus q̄ ibi occidūt repēte sex signa: ⁊ reliq̄ sex oriuntur cū toto equinoctiali. Cū auteȝ ecliptica sit orizon illoꝝ erit tropicus cācri totus supra orizonta: ⁊ totus tropic⁹ Capricorni sub orizonte: ⁊ sic sole existēte in primo pūcto cancri erit illis vna dies vigintiquatuor horarū: ⁊ quasi instans pro nocte: q̄ in instanti sol trāsit orizōta: ⁊ statim emergit: ⁊ ille cōtractus est pro nocte. Econuerso contingit illis sole existente in primo puncto Capricorni. Est enim tunc illis vna nox vigintiquatuor horarum: ⁊ quasi instans pro die.

¶ Quorum zenith est inter circulum arcticum ⁊ polum mundi.

Illi aūt quoꝝ zenith est iter circuluȝ arcticū ⁊ polū mundi arcticū cōtingit q̄ orizon illoꝝ itersecat zodiacū in duobus punctis equidistantibus a pⁱcipio cancri: ⁊ in reuolutione firmamēti contingit q̄ illa portio zodiaci itercepta semp relinquit̃ supra orizontē. Unde patet q̄ q̄diu sol est in illa portione itercepta erit vnus dies ꝯtinuus sine nocte. ergo si illa portio fuerit ad quātitatē signi vnius erit ibi dies ꝯtinuus vni⁹ mēsis sine nocte: ad quātitatē duorū signoruȝ erit duorū mēsiū: ⁊ ita deinceps. Itē cōtingit eisdē q̄ portio zodiaci itercepta ab illis duob⁹ punctis equidistātibus a pⁱcipio Capricorni semper relinquit̃ sub orizonte: vnde cū sol est in illa portione itercepta: erit vna nox sine die breuis vel magna fm quātitatē itercepte portionis. Signa autē reliqua que eis oriunt̃ ⁊ occidunt: ꝑpostere oriunt̃ ⁊ occidunt. Oriuntur prepostere sicut taurus ante arietē: aries ante pisces: pisces ante aquariū. Et tamē signa his opposita oriunt̃ recto ordine: ⁊ occidunt ꝑpostere: vt scorpius ante libraȝ. libra ante virginē ⁊ tamē signa his opposita occidunt directe illa scilȝ que oriebantur prepostere: vt taurus.


¶ Quorum zenith est in polo arctico.

Illis aūt quoꝝ zenith ē in polo arctico ꝯtingit q̄ illoꝝ orizon est idē q̄ eq̄noctialis. Unde cū equinoctialis intersecet zodiacū in duas ptes equales: sic ⁊ illoꝝ orizon reliquit medietatē zodiaci supra: ⁊ reliquā ifra. Unde cuȝ sol decurrat per illā medietatē que est a pⁱcipio arietis vsq̄ȝ in finē virginis: vnus erit dies ꝯtinuus sine nocte: ⁊ cum sol decurrit in illa medietate que est a pⁱcipio libre vsq̄ȝ in finem pisciū erit nox vna continua sine die. Quare ⁊ vna medietas totius anni est vna dies artificialis: ⁊ alia medietas est vna nox. Uñ totus annus est ibi vn⁹ dies naturalis. ¶ Sed cuȝ ibi nunquā magis xxiij. gradibus sol sub orizōte deprimat̃: videt̃ q̄ illis sit dies cōtinuus sine nocte. Nā ⁊ nobis dies dicit̃ ante solis ortū supra orizōtem. Hoc aūt est quātū ad vulgarē sensibilitatē. Nō eniȝ est dies artificialis quātū ad physicā rōnē nisi ab ortu solis vsq̄ȝ ad occasum eius sub orizonte. Ad hoc iterū q̄ lux videt̃ ibi esse perpetua: quoniā dies est anteq̄ȝ leuet̃ Sol super terraȝ per. xviij. gradus: vt dicit Ptolome⁹. Alij xo magistri dicūt. xxx. s. ꝑ quātitatē vni⁹ signi. Dicēdū q̄ aer est ibi nubilosus ⁊ spissus. Radi⁹

autem solaris ibi existens debilis virtutis ma-
gis de vaporibus eleuat q̄ possit ↄsumere: vn̄
aerem non serenat: ⁊ non est dies.

¶ De diuisione climatum.

Magine t̄ aūt qdā circulus in super-
ficie terre directe supposit⁹ eqnoctia
li. Intelligat̄ ali⁹ circulus in sup̄ficie
terre trāsiens p̄ oriente ⁊ occidente:
⁊ p̄ polos mūdi. Isti duo circuli itersecāt sese
in duob⁹ locis ad angulos rectos spherales: ⁊
diuidūt totā terrā in q̄tuor q̄rtas: quaꝝ vna est
nr̄a habitabilis. illa. s. que itercipit iter semicir
culū ductū ab oriente in occidentē p̄ polū arcti
cū. Nec tamē illa q̄rta tota est habitabilis: q̄m
partes illius ꝑpinque equinoctiali inhabitabi-
les sunt ꝑpter nimiū calorē. Simil'r partes ei⁹
propinque polo arctico inhabitabiles sunt pro
pter nimiā frigiditatē. Intelligatur ergo vna li
nea equidistans ab equinoctiali diuidens p̄tes
quarte ihabitabiles ꝑpter calorē a partibus ha
bitabilibus que sunt versus septentrionē. In-
telligat̄ etiā alia linea equidistans a polo arcti-
co diuidens partes quarte inhabitabiles: que
sunt versus septētrionē ꝑpter frigus a partib⁹
habitabilib⁹ que sunt v̄sus eqnoctialē. Inter
istas etiā duas lineas extremas intelligant̄ sex
linee paralelle eqnoctiali: que cū duabus prio-
ribus diuidunt partē totalē quarte habitabilē
in septem portiones que dicunt̄ septem clima-
ta: prout in presenti patet figura.




¶ Dicit̄ aūt clima tantū spatiū terre per quā-
tum sensibiliter variat̄ horologium. Idē nāq3
dies estiuus aliquantulus (qui est in vna regio
ne) sensibiliter est minor in regione ꝑpinquio-
ri austro. Spatiū igit̄ tantū quantū icipit dies
idē sensibil'r variari dī clima. Nec est idē horo
logiū cū p̄cipio ⁊ fine h⁹ spatij obs̄uatū. Ho
re eni diei sensibil'r variant̄: q̄re ⁊ horologiū.

Lima sumit̄ dupl'r. s. astrologice: ⁊ necromā
tice. Astrologice: vt hic accipit̄. Necromāti-
ce: vt accipit Zoroastes q̄ fuit p̄mus magice
artis iuentor: vbi ita dicit ad l'raz. Clima sūt
etiā admirāda: que cū carne mortuoꝝ ⁊ hūa
no sanguine fideliore dant respōsa. ¶ Iuxta qd̄ debetis
itelligere q̄ isti q̄tuor spūs magne v̄tutis qui stāt i cru-
ciatis locis. s. in oriēte: occidēte: meridie: et septētrione:
q̄ꝝ noīa sūt ista. Oriens: Amaymon: Paymon: ⁊ Egim:
qui spūs sūt de maiori hierarchia: ⁊ hēt vnusq̄q3 sub se
25. legiones spūuz. Vn̄ isti p̄p nobilē ip̄oꝝ nāz appetūt
sacrificia ex sanguine humanoꝝ: ⁊ carne sil'r hoīs mor-
tui vel gatti. S3 ars ista Zoroastes nō pōt fieri sine ma
gno p̄iculo ieiunijs ⁊ orōnib⁹ ⁊ oībus que sūt ↄ̄ fidē no-
strā. Vn̄ cū ponit̄ sanguis human⁹ in cōcha enea tales
facta iuocatiōe veniūt: ⁊ hi spūs vocant̄ climata: q̄a sic̄
clima est eleuatio: sic hi spūs sunt super oēs spūs eleua
ti. ¶ Nō fuerūt climata nisi septē rōne septē planetaꝝ
eo q̄ vnusq̄sq3 planeta dn̄at̄ suo climati. Nā Saturn⁹
dn̄at̄ in p̄. Juppiter in 2°. Mars in 3°. Sol in 4°. Venus
in 5°. Mercuri⁹ in 6°. Luna in 7°. Et gētes habitātes i
climate sequunt̄ nāz planete dn̄antis. De hac mā supe-
rius dixi vobis: ideo replicare non intendo.


¶ Mediuz igit̄ primi climatis est vbi maxima
diei ꝓlixitas est. xiij. horaꝝ: ⁊ eleuatio poli mū-
di supra circuluz hemispherij gradibus. xvj. ⁊
dī clima diameroes. Initiū ei⁹ est vbi diei ma
ioris ꝓlixitas est. xij. horaꝝ ⁊ dimidie ⁊ quarte
vnius hore: ⁊ eleuat̄ polus supra orizontē gra
dib⁹. xij. ⁊ dimidie ⁊ quarte vnius gradus. Et
extēdit̄ eius latitudo vsq3 ad locū vbi lōgitudo
prolixioris diei est. xiij. horaꝝ ⁊ quarte vnius:
⁊ eleuat̄ polus supra orizonteȝ gradibus. xx. ⁊
dimidio: qd̄ spatium terre est. ccccxl. miliaria.
Mediū aūt secūdi climatis est vbi maior dies
est. xiij. horaꝝ ⁊ dimidie: ⁊ eleuatio poli supra
orizontē. xxiiij. graduuȝ ⁊ quarte partis vnius
gradus. Et dī clima diasyenes. Latitudo v̄o
eius est ex termino primi climatis vsq3 ad locū
vbi fit dies ꝓlixior. xiij. horaꝝ ⁊ dimidie ⁊ q̄rte
p̄tis vni⁹ hor̄: ⁊ eleuat̄ polus. xxv. ḡdib⁹ ⁊ dimi
dio: ⁊ spatiū terre ē. cccc. miliarioꝝ. Mediuȝ
t̄tij climat̄ ē vbi fit lōgitudo ꝓlixioris diei. xiiij.
horaꝝ: ⁊ eleuatio poli. s̄. orizōtē. xxx. ḡduū ⁊ di
midij ⁊ q̄rte vni⁹ p̄tis. ⁊ dī clima dialexādrios.
Latitudo ei⁹ ē ex t̄mino s̄c̄di climat̄ vsq3 vbi ꝓ
lixior dies ē. xiiij. horaꝝ ⁊ q̄rte vni⁹: ⁊ altitudo
poli. xxxiii. ḡduū ⁊ duaꝝ tertiaꝝ: qd̄ spatiū t̄re
est. cccl. miliarioꝝ. Medium q̄rti climatis est

vbi maioris diei ꝑlixitas est.xiiij.horarũ ꝛ dimidie: ꝛ axis latitudo.xxxvj.graduũ ꝛ duaruꝫ q̃ntaꝝ: ꝛ dr̃ diarhodos. Latitudo ꝟo ei⁹ est ex termino tertij climatis vsqꝫ vbi ꝑlixitas maioris diei est q̃tuordeciꝫ horaꝝ ꝛ dimidie: ꝛ q̃rte partis vni⁹: eleuatio aũt poli.xxxix.graduũ: qđ spatiũ terre est.ccc.miliarioꝝ. Mediũ q̃nti climatis est vbi maior dies est.xv.horaꝝ: ꝛ eleuatio poli.xlj.gradus ꝛ tertie vni⁹: ꝛ dr̃ clima diaromes. Latitudo ꝟo eius est ex termino quarti climatis vsqꝫ vbi ꝑlixitas diei est.xv.horarũ ꝛ quarte vni⁹: ꝛ eleuatio axis.xliij.graduum ꝛ dimidij: qđ spatium terre est.cclv.miliariorũ. Mediũ sexti climatis ē vbi ꝑlixior dies ē.xv.horaꝝ ꝛ dimidie: ꝛ eleuat̃ polus supra orizōtē xlv.gradib⁹ ꝛ duab⁹ q̃tis vni⁹. Et dicit̃ clima diaboristhenes. Latitudo ꝟo ei⁹ est ex termino q̃nti climatis vsqꝫ vbi lōgitudo diei ꝑlixior est xv.horarũ ꝛ dimidie ꝛ q̃rte vni⁹: ꝛ axis eleuatio.xlvij.graduũ ꝛ quarte vni⁹: q̃ distãtia terre est.ccxij.miliariorũ. Medium aũt septimi climatis est vbi maior ꝑlixitas diei ē.xvj.horaꝝ: ꝛ eleuatio poli supra orizōtē.xlviij.graduuꝫ ꝛ duarũ tertiaꝝ. Et dr̃ clima diaripheos. Latitudo ꝟo ei⁹ est ex termino septi climatis vsqꝫ vbi maxia dies est.xvj.horaꝝ ꝛ q̃rte vni⁹: ꝛ eleuat̃ polus mũdi supra orizōtē q̃nquaginta gradib⁹ ꝛ dimidio: qđ spatiũ terre ē.clxxxv.miliarioꝝ. Ultra ãt hui⁹ septimi climat̃ terminũ: lꝫ plēs sint isule: ꝛ hoiuꝫ habitationes: q̄cquid tñ sit: qm̃ pũe sũt habitatiōis sub climate nō cōputãt̃.



Ois itaqꝫ iter terminũ initialē climatũ ꝛ finalē eorũdē diuersitas ē triũ horaꝝ ꝛ dimidie: ꝛ ex eleuatione poli supra orizōtē.xxxviij.graduũ. Sic igit̃ pꝫ vniuscuiusqꝫ climat̃ latitudo a pricipio ipsius ꝟsus eq̄noctialē vsqꝫ in fineꝫ eiusdē ꝟsus polũ arcticũ: ꝛ ꝙ primi climatis latitudo ē maior latitudine scd̾i: ꝛ sic deinceps. Lōgitudo aũt climatis pōt appellari linea ducta ab oriēte in occidētē eq̄distãs ab eq̄noctiali. Uñ lōgitudo primi climatis est maior lōgitudine scd̾i: ꝛ sic deinceps: qđ cōtingit ꝑpter angustiã sphere.


Capitulũ quartũ de circulis ꝛ motib⁹ planetaꝝ: ꝛ de causis eclipsium solis ꝛ lune.



Notandũ ꝙ sol hēt vnicũ circuluꝫ per quē mouet̃ i sup̾ficie linee ecliptice: ꝛ est eccētricus. Eccētricus q̄dē circulus dr̃ nō ois circulus: sꝫ solũ talis q̄ diuidens terrã in duas partes eq̄les nō hꝫ cētrũ suũ cũ cētro terre sed extra. Pũctus aũt in eccētrico q̄ maxie accedit ad firmamētuꝫ appellat̃ aux: qđ iterpretat̃ eleuatio. Pũctus ꝟo oppositus (q̄ maxie remotiōis est a firmamēto) dr̃ oppositio augis. Solis aũt ab occidēte in oriētē duo sũt mot⁹: quorũ vn⁹ est ei ꝓpri⁹ in circulo suo eccētrico: quo mouet̃ in oi die ac nocte.lx.minutis fere. Ali⁹ ꝟo tardior est mot⁹ sphere ipsius supra polos axis circuli signoꝝ: ꝛ est eq̄lis motui sphere stellaꝝ fixaꝝ.s.in cētũ ãnis gradu vno.




Ex his itaqꝫ duob⁹ motibus colligit̃ cursus ei⁹ i circlo signorũ ab occidēte i oriētē: ꝑ quē abscidit circulũ signoꝝ in.ccclx.diebus: ꝛ q̃rta vni⁹ diei fere ꝑter rē modicã: que nulli⁹ est sensibilitatis. Quilibet aũt planeta tres hēt circulos ꝑter solē: scilicet equantē deferentē ꝛ epiciclũ. Equãs q̄dē lune est circulus cōcētricus cũ terra: ꝛ est in superficie ecliptice. Eius ꝟo deferens ē circulus eccētricus: nec est i sup̾ficie ecliptice: imo vna eius medietas d̾clinat̃ ꝟsus septētrionē: altera ꝟsus austrũ. Et iterseccat deferēs equãtē i duobus locis. Et figura itersectionis appellat̃ draco: qm̃ lata est in medio ꝛ angustior ꝟsus finē. Intersectio igit̃ illa per quã mouet̃ luna ab austro in aq̄lonē appellat̃ caput draconis. Reliq̃ ꝟo itersectio ꝑ quã mouet̃ a septētrione in austrũ dr̃ cauda draconis. Deferētes q̄dē ꝛ equãtes cuiuslibet planete sũt eq̄les. Et sciēdũ ꝙ tã d̾ferēs ꝙ̃ equãs Saturni Iouis Martis Ueneris ꝛ Mercurij sũt eccētrici ꝛ extra sup̾ficiē ecliptice: ꝛ tñ illi duo sũt in eadē sup̾ficie.



Quilibet etiã planeta ꝑter solē hꝫ epiciclũ. Et est epiciclus circul's puus ꝑ cui⁹ circũferētiã defert̃ corpus planete: ꝛ cētrũ epicicli

cicli semꝑ defert̃ in circũferẽtia deferẽtis. Si igit̃ due linee ducant̃ a cẽtro terre: ita ꝙ inclu/dant epiciclũ alicuius planete: vna ex parte ori entis: reliq̃ ex pte occidẽtis: pũctus cõtactus ex parte orientis dĩ statio pria: pũctus vo ꝯtactus ex pte occidẽtis dĩ statio scđa. Et qñ planeta ẽ in alterutra illaꝝ stationuꝫ dĩ stationariꝰ. Arcꝰ vo epicicli supior inter duas stationes interce/ptus dĩ directio: ⁊ qñ planeta est in illo tũc dĩ directꝰ. Arcꝰ vo epicicli iferior i/ter duas stationes i/tercептꝰ dĩ retrogra datio: ⁊ planeta ibi existẽs dĩ retrogra/dus. Lune aũt non assignat̃ statio dire/ctio vel retrogradatio. Unde nõ dĩ luna statio naria directa vel retrograda propter velocita/tem motus eius in epiciclo.



Unde quãdo videtis planetã in auge vl' ascẽ dente fortunatum ⁊ sit significator in nati/uitate ⁊ luna in eodẽ gradu cũ ipso iudicate natũ esse famosuꝫ sic sunt reges: et ꝙ nullus preteribit eius mãdata. Et dicit Almãsor in aforismis: vbi ita dicit ad lr̃aꝫ. Famosi tãq̃ reges ⁊ q̃ꝝ mãdata nõ ꝑtereũt sunt quoꝝ Juppiter ⁊ Luna fuerit in eodẽ gradu ascẽdentes ad augẽ suã. ¶ Quilibet autẽ planeta ⁊c.] Circa istã partẽ debetis plura itelligere: pri ma ꝙ caput ⁊ cauda nõ sunt stelle queãdmodũ est dra/co: sicut dicũt aliq̃ ignorãtes: sꝫ sũt itersecatiões circu/loꝝ. s. equãtis ⁊ dferẽtꝭ: ⁊ he itersecatões dñr nodi ⁊ mo uent̃ tribus minutis die q̃libet nãli: ⁊. ii. scđis peruerse ab ariete in pisce. Et a pisce in aquario ⁊c. Et operant̃ in mundo: vt alij planete: q̃a nã capitis cõponit̃ ex cõple/xione Jouis ⁊ Ueneris. Cauda vo ex nã Martis ⁊ Sa/turni. Unde caput dat in natiuitate regnuꝫ ⁊ fortunã si fuerit in sui exaltatione. s. in tertio gradu geminoꝝ. Di co si est in oriente vel in angulo celi. Cauda vo dat totũ ꝯriũ. s. vilitatẽ ⁊ malũ. Et si coniungit̃ cũ dño ascẽdẽtis diminuit tertiã partẽ vite: ⁊ plus nocet iferioribus pla/netis q̃ supioribus. Hoc aũt ĩtelligatis cũ fuerit in ma/lo signo. Sed si fuerit in exaltatiõe sua. s. in Sagittario nõ minuit imo auget: sic dicaꝫ vobis in scripto supra li/brum de pñ. vbi magis habet locũ. ¶ Aliud scire debe/tis ꝙ iste intersecationes circuloꝝ multas ꝓprietates hñt occultas nãe. Nã dicit Astafon in libro de minera/libus ꝯstellatis: vbi ita dicit ad lr̃am. O quãta est vtus itersecationibus circuloꝝ: que occulta est sensibꝰ huma nis: Diacedius si nõ tactu corpis mortui in aqua cũ fue rit in Sagittario. Nã q̃d spũs veniũt ad gusa. ¶ Juxta qđ itelligatis: ꝙ cũ caput draconis fuerit i Sagittario ⁊ ponat̃ in aqua q̃daꝫ lapis qui Diacedius dicit̃. Nãlr spũs veniũt ad dãdũ respõsa: ⁊ iste lapis hẽt mirabileꝫ latentiã nãlẽ: q̃a si tãgit corpꝰ mortui hõis amittit istã ꝓprietatẽ: quã nõ amittit si tãgit corpus alterꝰ mortui aĩalis. ¶ Adhuc scire debetis ꝙ cũ caput fuerit in Sa/gittario coniunctũ cũ Joue in medio celi: et luna iuerit ad cũ si sepata fuerit ab eo ⁊ iuerit ad dñm ascẽdẽtꝭ ⁊ si dñs ascẽdẽtꝭ ad Jouẽ q̃cq̃d petit̃ ab eo obtinebit̃: vt dic̃ Almansor in suis aforismis. vbi sic dicit ad lr̃am. Si q̃s postulauerit aliq̃d ab eo existẽte capite i medio celi cũ Joue ⁊ Luna eunte ad eum: iplebit̃ ei id: vel sepata ab eo iueritqꝫ ad dñm ascẽdẽtis. Et si dñs ascẽdẽtis iuerit ad Jouẽ: nõ pteribit q̃n breuiter adipiscat̃ q̃situꝫ. Sed q̃ũo talis ꝓpositio debet itelligi: dicã in scripto supra li/brum de priñ. ¶ Aliud scire debetis ꝙ arcus sumitur tripliciter. s. astrologice: necromantice: ⁊ chiromãtice. Astrologice: vt hic Auctor est Alchindus in libro de mo tu diurno vbi sic dicit ad lr̃am. Ab exaltatiõe solis vsqꝫ ad occasum dicit̃ arcus borealis: a casu vsqꝫ in fine pi/sciũ australis dicit̃: ⁊ isti duo arcus mã sũt rebus. Ut i/telligatis dictũ Alchindi vacat occasuꝫ eius i libra ⁊ ar/cũ ab Ariete vsqꝫ ad Librã. Uñ vt itelligatis vos iuue nes sciendũ est ꝙ exaltatio solis est aries ⁊ casus eiꝰ est libra. vnde ab ariete vsqꝫ ad librã dicit̃ arcus septẽtrio nalis. A libra vsqꝫ ad finẽ pisciuꝫ dicit̃ australis. Et hi duo arcus sunt mã rebus. s. totus circulus zodiacus ifor matus ex radijs solaribꝰ ⁊alioꝝ planetaꝝ: eo ꝙ iste zo/diacus vtute ꝯtinet elnta. ¶ Scđo necromãtice: vt Sa lomon in libro de vmbris idearũ: vbi ita ad lr̃am dicit. Arcus septẽtrionales nobilitate cito veniũt ad respõsa ⁊ operant̃ mirabilia nutu dei. Ut itelligatis isti Demo nes q̃ sunt in septẽtrione dñr septẽtrionales: ⁊ hñt nobi/leꝫ nãm. sciũt eñi secreta elntoꝝ mũdi. Et tãta est istoꝝ nobilitas ꝙ cũ hõ nobilis nãe eos iuocat pua iuocatio/ne statim veniũt ad rñsa: ⁊ hi sunt qui stant libenter in domibus nobiliũ ⁊ loquunt̃ domestice cũ familia. i. ser uiunt libẽter sine lesione. Et q̃nqꝫ in domibꝰ vsurario/rũ ⁊ viliũ personaꝝ ꝓijciunt lapides ⁊ stercora: ⁊ reuol/uunt parapsides ⁊ pãnos de camera ⁊ de nocte pauide ⁊ terribiles voces suspirãdo emittũt. ¶ Tertio mõ chi romantice: vt accipit Abliton in sua chiromãtia vbi ita dicit ad lr̃am. Cũ arcus in chiros fuerit: hoc esse crede a nã celi. Ut itelligatis chiromãtia a chiros grece qđ est manus: vt cũ arcus. i. linea erit a nã i manibꝰ significat effectꝰ vẽturos in creatura pp planetã illã lineã impri/mentẽ in manu in pncipio gñatiõis. Et hoc potestis vi/dere ꝙ statim cũ creatura hũana exit de vtero ꝙ in ma nibus signa hꝫ a nã impressa: sed multa signa sunt facta in manibus per accñs. s. ex cõstricatione manuũ: vel ex ꝯsuetudie alicuiꝰ artis. Uñ cũ volueris signa nãlia hẽre: opꝫ vt manꝰ ponat̃ in aq̃ calida: ⁊ tũc signa p accñs resol uunt̃: nãlia aũt remanẽt. Uñ planete nõ tm̃ in manibꝰ faciunt: verũ etiam in toto corpe. Nã Mars in ascẽdẽ/te facit signũ in facie: vt dicit Ptolomeꝰ in cẽtiloquio.

¶ De eclipsi Lune.

Um aũt Sol sit maior terra: nec̃e est ꝙ medietas sphere terre ad minus a sole semꝑ illuminet̃ ⁊ vmbra terre ex tensa in aere tornatilis minuat̃ in ro/tunditate: donec deficiat in supficie circuli si/gnoꝝ iseparabilis a nadir solis. Est autẽ nadir solis pũctꝰ directe oppositꝰ soli in firmamẽto. vñ cuꝫ in plenilunio luna fuerit in capite vel in cauda draconis sub nadir solis: tũc terra inter/ponet̃ soli ⁊ lune. Uñ cũ luna lumẽ nõ hẽat nisi a sole: in rei vitate deficit a lumie. Et ẽ eclipsis gñalis in omni terra: si fuerit in capite vel cau/

da draconis directe. Particularis vero eclipsis: si fuerit prope vl' ifra metas determinatas eclipsis. Et sic in plenilunio vel circa cōtingit eclipsis. Unde cū in qlibet oppositiōe hoc est in plenilunio nō sit luna in capite vl' cauda draconis: nec opposita nadir solis: nō est necē in quolibet plenilunio pati eclipsim: vt patet in presenti figura que subsequitur.


Uia sicut terra est fex alioꝝ elemtoꝝ: ita luna est fex alioꝝ celestiū: ⁊ de ista vmbra lune quesitū fuit a quodā spiritu q vocat̃ Floron: que eēt illa vmbra: qui sic ait. Ut terra terra est: sic idea humiditatū ē terra: si totā vmbrā hūeris: te nō decipiet sic̃ vmbra. ℂ Juxta qđ vt intelligatis scire debetis ꝙ sicut terra est terra. i. fex: sic idea humiditatū. i. luna est fex. s. celestiū. Et ex hoc denotat grossitiē illius partis nō illuminate. Si totā vmbrā habueris te nō decipiet sicut vmbra. Ut itelligatis debetis scire ꝙ cū luna ē plena: tota illa vmbra videt̃ in plenilunio spūs a nā dant respōsa: nec decipiūt sic̃ qñ fit experimentū ad inueniendū furtū cū puero virgine in corpe polito: sic̃ in ense: speculo: crystallo: vel vngue: vbi est deceptio magna. ℂ De eclipsi aūt notate ꝙ quādo videritis ipsā esse vlem. Judicate grādes effectus in terra siue in mūdo: ⁊ spāliter in illis ciuitatibus que habuerūt in edificatione illud signū pro ascēdente in q̊ fuerit eclipsis ⁊ p̄cipue solis. Si vo fuerit pticularis: iudicate significata remisse: nec faciatis sicut vnus q dicebat mūdū terminari: eo ꝙ vidit mediā solis ptē obscuratā ⁊ guttas aliq̃s sanguineas de Cometa exire: ⁊ pluere sup terram: nec videbat qūo sanguis poterat de aere pluere qđ pōt esse ex Cometa Martis inspissante aquā decoquēte ipsā ⁊ ex calido imprimēte aliquā ibi rubedinē admodū sanguinis. Et hoc bñ designat in causando horribiles effect⁹ noiatos: ⁊ effusionē sāguis hūani.

ℂ Cū aūt luna fuerit in capite vel cauda draconis: vel ꝓpe metas supradictas: ⁊ in cōiunctione cū sole: tūc corpus lune iterponet̃ iter aspectū nrm̃ ⁊ corpus solare. Uñ obūbrabit nobis claritatē solis: ⁊ ita sol patiet̃ eclipsim: nō qa deficiat lumine: sed qa deficit nobis ꝑ iterpositionē lune iter aspectū nrm̃ ⁊ solem. Ex his pꝫ ꝙ nō semp est eclipsis solis in ꝯiunctione sicut in nouilunio. ℂ Notādum etiā ꝙ quando est eclipsis lune: est eclipsis in omni terra: sed quando est eclipsis solis nequaq̄: imo in vno climate est eclipsis solis: ⁊ in alio nō: quod cōtingit propter diuersitatem aspectus in diuersis climatibus. Unde Uirgilius elegantissime naturas vtriusqꝫ eclipsis sub compēdio tetigit dicens. Defectus lune varios solisqꝫ labores.

Eclipsis lune



Eclipsis solis



Ex p̄dictis patet ꝙ cū eclipsis solis esset in passione dñi: ⁊ eadē passio esset in plenilunio illa eclipsis solis nō fuit naturalis: imo miraculosa contraria nature: qa eclipsis solis in nouilunio vel circa debet contingere. Propter qđ legit̃ Dionysium Ariopagitā in eadē passione dixisse. Aut deus nature patitur: aut mūdi machina dissoluetur.

ℂ In ista pte q̄rta ⁊ vltia tractat de q̄dā nō nāli: sed miraculosa eclipsi. Et dicit ꝙ ex p̄dictis est māifestū ꝙ cū eclipsis eēt in passione chr̄i: ⁊ eadē passio fuit in plenilunio: illa nō fuit nālis sed miraculosa ⁊ ꝯ nāꝫ: qa eclipsis solis in nouilunio. s. in ꝯiunctione vel circa cōtingē opꝫ nālr: ꝑꝑ hoc (dicit ipse) legit̃ Dionysiū Ariopagitā dixisse. Aut deus nāe patit̃: aut mūdi machina dissoluit̃. ℂ Circa istā ptē vltimā scire debetis ꝙ aliq ifideles dicūt ꝙ istđ v̾bū dꝫ itelligi nō de deo vero: sꝫ de deo q est dict⁹ de⁹ ꝑ grãꝫ supcelestiū. Sic̃ dic̃ Zoroastes in lib° de dñio q̄rtaꝝ octaue sphere vbi ita dicit ad lr̃aꝫ. Ex dñio q̄rtaꝝ 8ue sphere: ⁊ ex v̾tute icuboꝝ et succuboꝝ oriunt̃ hoies diuitate fulciti q mutāt leges ⁊ adducunt nouas: quoꝝ obitū celū cōpatit̃ eo ꝙ vnusq̄sqꝫ cheos dr̄ in nā. Nā s̄m ipsum ois q̄rta octaue sphere dñat̃. iz. millibus annis: ⁊ leges que icipiūt i p̄ma q̄rta terminant̃: cū alia icipit dñari: sic̃ fuit lex Moysi terminata ꝑ legē chr̄i: ⁊ nr̃a s̄m istū modū terminatura est ꝑ antichr̄m. Uñ iste bestia Zoroastes ⁊ aliqui eū sequētes dicūt ꝙ chr̄s fuit ortus in dñio istaꝝ quartaꝝ ex v̾tute icuboꝝ ⁊ succuborū: de qbus supra dixi vobis ꝙ horribile mihi videtur scribere ista v̾ba. Et sic in morte sua fuit eclipsis et alia mirabilia: sed cū hoc isti dicāt de dñio q̄rtaꝝ: ⁊ nihil ꝓbēt: ⁊ v̾ba eoꝝ vana sūt ⁊ melācholica et ꝯ veritatē sancte fidei reuerēde: qa Chr̄s dñs nr̄ nō fuit vnus de illis

dys

dijs per influxū celestiū corpo℞ ⁊ incubo℞ ⁊ succubo℞. Immo vere filius dei viui q venit in v̄ginē gliosam vt humanū gen⁹ ex manib⁹ retraheret inimici. Et ꝙ vere sit filius dei ⁊ no factus a nā celestiū: nō nāe celestis factor apparet nobis per m̄lta. P̄rio p tres Magos qui erāt maiores astrologi mūdi ⁊ sciebāt vniuersa nāe secreta: voluerūt ip̄m tanq̄ dei filiū in regē adorare: vidētes in stella que eis apparuit cū q̄dā cruce puer℞ coronatū. Sibylla p̄terea ⁊ Octauian⁹ in ortu chr̄i viderūt solē auro coronatū. ¶ .2. post eius icarnationē nunq̄ fuit inuoluntaria corpo℞ trāsportatio a malignis spiritibus sicut p̄mo. ¶ Aliud valde mirabile est qđ dicit Glozon: ꝙ est sp̄us q̄dā nāe nobilissime q fuit de hierarchia cherubin iterrogat⁹ de chr̄o r̄ndet his v̄bis. Carnē sumpsit humanā: vt p ip̄m saluaret oīs caro. Sibylla dixit. Lux rumpet fons olei: nasceť Saluator mūdi. Et h̄ de aduētu dicit: ⁊ loquēs de ei⁹ iudicio qn̄ debet p ignē seculū iudicare. vbi sic dicit ad litterā. Et veniet in conspectu agni. i. chr̄i abominatio peccato℞ ⁊ vltionis appetit⁹: et descēdēs ignis terribilis q vniuersa creatura vsq3 Adā cōcremabit vltra solare luminare nec iubar nec mōtes aut colles nec hoīum habitatio erit in terris: sed descendet vox tube terribilis aduocās oēs vt veniant in examen. Adhuc est aliud signū ꝙ iudei pp peccatū nūq̄ celū aspiciunt: ⁊ post mortē chr̄i oēs hoīes iudei vt mulieres menstrua patiunť nec adeo a morte illa citra potuerūt aliquā gr̄a3 obtinere: nec h̄nt ꝓprias māsiones. Un̄ exponatis aut deus nāe: ⁊ nō factus a natura celestium: vt dicunt isti simplices ignorantes.

Circa hāc vltimā p̄tē est vna dubitatio. Utrū eclipsis que fuit in passione chr̄i fuit nālis aut miraculosa: ⁊ videť ꝙ nec nālis nec miraculosa. Nō pōt dici ꝙ nālis: q̄a nālis eclipsis solis fit in nouilunio. Sed chr̄s passus fuit in plenilunio: q̄a luna erat in .10. gradu libre. Sol v̄o in .10. gradu Arietis: vt ē notū: q̄re nō fuit solis obscuratio nālis: sed nec miraculosa. Ad gn̄ationē siue ꝯtingentiā eclipsis in plenilunio sequereť mutatio celestiū vel subuersio. Sed cā vl'ī subuersa et imutata ꝯuertiť ⁊ mutať vl'r causatū. Cū g̃ ordo celestis sit vl'is causa isto℞ inferio℞: cū oīa iferiora nō fuerint tūc submersa: nec etiā imutata: videť ꝙ nec illa sup̄iora. g̃ eclipsis solis in morte chr̄i nō fuit miraculosa. ¶ .2. qđ de⁹ nō pōt facere: illud nō pōt fieri aliquo mō: sed deus nō pōt facere ꝯ rōnes q̄s reb⁹ ⁊ nāe inseruit nec ꝯ seip̄m: quare ⁊c. Huius rōnis maior est nota. Declarať minor per Aug͞m dicētē ꝙ nō facit ꝯ rōnes quas rebus iseruit: sicut nec ꝯ seipsum. Quare videť ꝙ illa eclipsis nō fuit miraculosa. ¶ In cōtrariū videť Dionysius: ⁊ sil'r multi alij p̄hi. Et sil'r veritas manifesta. Un̄ dico ꝙ de ipsa obscuritate multe fuerūt opiones. Aliq dicūt ꝙ ipsa obscuritas fuit ex iterpositione alicuiusdā Comete q̄ vocať milex: ⁊ est ex cōplexiōe veneris: ⁊ circuit .12. signa: ⁊ cū apparet insurgūt mutātes leges. Et nocet regibus ⁊ potētibus cū insurgit. Unde ista iterposita fuit iter solem ⁊ lunā: ⁊ sic fecit obscurari. Sed obscurato sole: sic luna p ꝯn̄s fuit obscurata: q̄a ipsa luna nō nisi a sole lumen h̄et. ¶ Sed qđ isti dicūt esse falsū pp duo: ⁊ ꝯdicunt sibiip̄sis. P̄rimo si quātū quāto addať totū qđ est fiet maius. Sed addere lucidū lucido est illuminare ⁊ non obscurare. Sed Cometa illa est clara lucida ⁊ subtilis: q̄a est aer aliqual'r inflāmatus: dato ꝙ fuisset vna cū sole: fuisset sol mag' splēdidus ⁊ nō obscurat⁹. ¶ .2. nulla Cometa est in tāta altitudīe ꝙ possit ꝓhibere radios solares ad lunā trāsmitti eo ꝙ ip̄si efficiunť in ifima aeris regione: q̄re sil'r est de eis sicut est de nubibus eleuatis: q̄ nō eleuanť nisi circa p spatiū miliaris: vt dicit Albumasar: q̄re ⁊c. ¶ Alij dicunt ꝙ illa eclipsis fuit in Hierusalē v̄tute elitropie. Elitropia est q̄dā lapis: vt supius dixi vobis viridis: ⁊ h̄et guttas sāguineas: si ponať in cōcha aque plena ita ꝙ sol tāgat ipsum lapidē3: eleuanť statim vapores: ⁊ obscurant statim orizontē in illa ciuitate. Iste lapis vulgariter diciť orfanella: que reddit hoīem inuisibilē. Et si secū iungať herba que dī elitropia: nō accipit aspectū hoīu3: vt portās eū nō pōt videri sic aliq dicūt. Sed sic magnes. i. calamita h̄et ꝓprietatē attrahēdi ferrū: sic elitropia h̄et ꝓprietatē amouēdi ⁊ fugādi hoīu3 oculos a gestante: vt nō videať. ¶ S3 isti q dicūt ꝙ eclipsis fuit facta v̄tute Elitropie: false dicūt: q̄a obscuritas que fit p elitropiā: nō fit nisi in vna ciuitate. Sed eclipsis in morte chr̄i fuit vl'is per mūdū in eadē hora que fuit in Hierusalē. ¶ Alij dicūt ꝙ illa eclipsis fuit interpositione Ueneris ⁊ Mercurij qui vadūt semp cū sole. Sed dictū est impoīe. Nā Uenus et Mercurius non p̄nt eclipsare Solem: vt dicit Mesalach in libro de causis orbiu3 Uenus ⁊ Mercurius cū sūt sub sole in vno gradu in lōgitudine sūt longioris q̄ esse p̄nt in latitudine. ¶ .2. si Uenus ⁊ Mercurius possent solem obscurare omni mense solis esset eclipsis. cū omni mēse Mercurius cū sole iūgať in vno gradu. Immo dico ꝙ si sol in morte chr̄i eēt obscurat⁹ ex interpositione Ueneris ⁊ Mercurij fuisset vtiq3 miraculū magnū: ⁊ p̄ter nām: q̄a nālis circulo℞ mot⁹ fuisset mutat⁹: eo ꝙ q̄nque planete declināt a linea illa ecliptica: nec vadūt sub ea p̄cipue Uenus ⁊ Mercurius q si mouerenť sub ipsa possent solē obscurare siue eclipsare. Hoc aūt est impoīe quare ⁊ primu3. ¶ Dico ergo ad q̄onē ꝙ illa eclipsis in morte chr̄i miraculosa fuit ⁊ preter nām: ⁊ solū ex diuina potentia absoluta: q̄a deus qn̄ vult pōt ordinē mutare nāe: velle et posse ꝯuertuntur in ip̄so. Et ꝙ miraculosa fuit ostendo tibi triplici signo s. rōne tp̄is loci ⁊ repugnatione. Rōne tp̄is in quo fuerit. s. in maiori distātia que posset esse inter lunā ⁊ sole3. videl3 in oppositione: q̄a sol erat in decimo gradu arietis: ⁊ luna in decimo gradu libre. Nec poterat inter solē ⁊ lunā maior esse distātia. Rōne loci: q̄a oīs nālis eclipsis incidere debet ab occidēte pp nālē lune motū. Ista incepit ab oriēte. Rōne repugnātie: q̄a pars p̄us obscurata nō fuit p̄us alijs illuminata sic d3 s̄m nā3: ⁊ ꝓpter alia multa pōt ostendi: sed hec sufficiant. ¶ Un̄ ad formā rōnis. Ad primā cū dī ꝙ non erat nālis: dico ꝙ fuit nālis. s. facta v̄tute naturātis: ⁊ fuit p̄ter nā3. ¶ Ad alia cū dī ꝙ facta subuersiōe cāe vl'is ⁊c. Dico ꝙ duplex est cā vl'is. s. p̄ma ⁊ scd̄a. Dico ꝙ deus est cā prima ⁊ ꝓpria vl'is. Celū est cā vl'is scd̄a. Un̄ oīs cā p̄maria plus est influēs sup suū cātū q̄ scd̄a vl'is cā. Sed deo oīu3 vl'i cā ⁊ p̄ma subuersa, v̄tus cāe scd̄arie pōt remouere ifluentiā supra cātū, ergo deus potuit facere inferiora stare in ꝓprio esse mutatis ⁊ subuersis orbibus corpo℞ superio℞. ¶ Ad tertiā rōnē dico ꝙ q̄uis Augustinus dicat ꝙ de⁹ nō facit ꝯ rōnes q̄s rebus inseruit ⁊c. Dico ꝙ veru3 est nisi ordine gr̄e superioris vtať, qđ est miraculū: q2 tunc creata omnia mutāt ordines ⁊ obediunt creatori: cui sit honor ⁊ glia in eternū. ¶ Si in hoc meo scripto ⁊ in oībus alijs ieniunť aliq nō bene dicta ipsa oīa correctioni sacrosancte romane eccl'ie ⁊ meipsum submitto. Qui me legit intelligat ⁊ b̄ndicat dn̄m qui mihi tribuit itellectū: eo ꝙ vetera transiuerunt ⁊ innouata sunt omnia.

¶ Ciccbi Esculani in Spherā enarratio feliciť explicit.

¶ Joãnes Baptista Capuanus de Manfredonia Canonicus regularis suis Auditoribus dilectis & Concanonicis honorandis. S.P.D.



est aliqd corpoꝝ celestiu3 nec ignis aer ⁊ aq:q2 hec oia
sunt trāsparentia:per que lumen multiplicat:vt p3.nā
eis mediantib9 videm9astra ⁊ alia que sunt supra ipsa.
si eni aliqd istoꝝ ipediret radios solis:ipediret ēt visio/
ne3 stellarū:qd nō videt fieri:remanet igit q tale opa/
cū phibens lumen solis a luna est terra:que manifeste
est opaca:⁊ nō sinēs radios solis directe ⁊ in longū mul
tiplicari:reuerberat eos:iō post se facit vmbrā:quā lu/
na ingressa deficit:qui defect9 durat toto tempore quo
fuerit luna in pdicta vmbra:⁊ dū ab ea absoluit:desinit
⁊ cessat eclipsis:⁊ hoc dicit Ptol.6ª Almag.q Luna de
ficit a lumine ⁊ eclipsat terre obiectu.¶ z° est notādū
q sicut habet ex vicesimasecūda ⁊ vicesimaquarta p/
positione pme partis pspectiue.Opacū sphericū tripli/
citer se habere pōt ad luminosum ēt sphericū:q2 vel est
maius luminoso:⁊ tunc illuminat minus medietate:⁊
vmbra eius ad partē oppositā luminosi quanto magis
ptendit:tāto magis dilatat:que vmbra est curta ⁊ euer
sa pyramis Calacoides noiata.Uel vmbrosum ⁊ opacū
est equale luminoso:⁊ tūc illuminat pcise ei9medietas:
⁊ q2 sūt sphere equales habēt diametros eqles:⁊ ꝯñter
linee vmbre equidistātes:⁊ dr vmbra colūnalis:que si
in ifinitū multiplicaret:esset semp eqlis.Uel 3°vmbro
sum est minus luminoso:⁊ tūc illuminat plus medieta
te eius:⁊ fit vmbra pyramidalis:in qua linee in puncto
cōcurrūt ⁊ faciūt conū.Et q2 Sol est maior terra vt de/
mōstrat Ptol.in 5ª Almag.⁊ Alphag. dña.zzª.illustrat
plus eius medietate:l3 Auctor dicat q illustrat medie/
tatē.nā nō excludit quin illuminet plus medietate:q2 si
illuminat plus medietate ēt illuminat medietatē:iō di
cit Auctor q illuminat ad minus medietatem:nō dicit
medietatē pcise:iō ex parte opposita porriget vmbram
acutā:que minuit in rotūditate ex allegata.z4ª pe ptis
pspectiue:q tornatilis ē conoidalis:tornatilis qdē.i.ro/
tūda.q2 terra ea3 cāns est rotunda:conoidalis.i.figure
acute a cono qd est acutum ⁊ icos figura:vel pyramida
lis a pyr grece qd est ignis q̄si habēs figuram ignis dr.
Et hec vmbra Conoidalis terre ptendit vltra spheram
Lune vt ostendit Ptol.5ª Almag.ex proportione axis
vmbre ad diametꝝ orbis lune:imo tenet coiter q hui9
vmbre conus desinat in sphera Ueneris.Et q2 vmbra
multiplicat directe in partē oppositā luminosi corpis
ex.14ª pme partis pspectiue:⁊ sol nunquā deserit Ecli/
pticā 3ª ⁊ vltima Almag.⁊ in theorica Solis:⁊ terra est
in medio vniuersi p Almag.⁊ p hui9:seqt necio q axis
vmbre terre est pcise in Ecliptica in pūcto opposito lo/
co solis:qui pūctus dr nadir Solis.Quare cū est pleni/
luniū hoc est Solis ⁊ lune oppositio:⁊ cū ꝟ ipsa Luna
in altera sectionū.s.vel in capite vel in cauda sui draco/
nis vel prope metas:erit luna pcise in Ecliptica in oppo
sito solis:vbi est vmbra terre:qre cū ingressa sit eā vm/
brā:eclipsim patiet:vniūsem qdē si sit pcise in ecliptica
in altera pdictarū sectionū vel multū ppinqua q tota/
liter in eadē vmbra imergat:pticularē aūt dum fuerit
tm̄ distans ab altera sectionū ⁊ ab ecliptica:q nō fm se
totā vmbrā terre igrediat:que iō dr particularis:q2 fm
aliquā ptē tm̄ fit ⁊ nō fm oēs velut qñ est vniūlis:⁊ tā/
to tēpore durat Eclipsis seu vniūlis fuerit siue pticula/
ris:donec ipsa luna a pdicta vmbra se absoluat:vt ingt
Alphag.dña.z8ª.Sed qñ est pleniluniu3 seu oppositio
luminariū:⁊ luna nō sit in aliq sectionū nec in ecliptica
sed extra metas:nō eclipsat .Et q2 due conditiones ad
Lune eclipsim necie sunt:pª q sit oppositio.zª q luna
sit in altera sectionu3 ⁊ Sol ꝯñter in reliq:q2 dicte se/
ctiones draconis Lune sunt opposite diametraliter vt
patet in theorica de Dracone lune:iō nō in oi oppositio/
ne fit Eclipsis Lune:q2 nō in oi oppositione est in aliq
sectionū:similr l3 singulis mēsib9 sit in vtraq sectionū:
nō tm̄ eclipsat:q2 nō est tūc in oppōne cū Sole.¶ 3° est
notādū q ex corpore luminoso pcedit lumen duplr.s.
imediate vel mediate:vel duplex lumen causat.s.pma/
riū ⁊ secūdariū.Lumē qdē pmariū est qd a corpore lu/
minoso pmo ⁊ imediate procedit ⁊ directe multiplicat
radys mediantib9.Lumen vº secūdariū qd ab eodem
corpe luminoso nō imediate pcedit sed mediāte radys
⁊ lumine pmario:vnde reuerberant extra radioꝝ inci/
dentiā.v.g.Si per fenestrā in Camerā rady Solis vel

alterius luminosi corporis ingrediantur: pars Camere in qua recipiuntur radij solis ex opposito ipsius illuminatur lumine primario: in reliquis vero Camere partibus non multiplicatur lumen primarium: ex quo non pertingunt ad eas radij: sed solum lumen secundarium: quod fit ex reuerberatione luminis primarij. ¶ Ad propositum dico quod dum luna non est eclipsata: recipit a sole lumen primarium: quia radij solares de directo pertingunt ad ipsam: dum vero eclipsatur: priuatur lumine primario non tamen lumine secundario: quia ex lumine Solis primario pertingente ad partes orbis propinquas lune: reflectitur lumen ad corpus lunare: et lumine secundario illuminatur: quia ipsa luna est sub vmbra terre. nam prima parte perspectiue propositione. 25a dicitur quod vmbra est lumen diminutum. i. lumen secundarium: quia lumen primarium est perfectum et completum. In quo patet differentia inter vmbram et tenebram: quia vmbra est priuatio luminis primarij cum deriuatione secundarij: tenebra vero est priuatio vtriusque. Patet igitur quod luna ingrediens vmbram terre eclipsatur et priuatur lumine primario non autem secundario. Quod patet quia luna eclipsata seu pars eius eclipsata videtur: nihil autem videtur sine lumine vt habetur prima parte perspectiue propositione. 49. ideo luna videtur: et est colorata. nam Ptol. 2o quadripar. et alij astrologi docent iudicare de futuris per colores lune eclipsate. ¶ 4o notandum est quod Eclipsis Lune vt Auctor innuit in textu quandoque est vniuersalis et aliquando particularis: et si vniuersalis quandoque cum mora. Et aliquando sine mora. Etiam si particularis aliquando est longioris durationis et aliquando minoris: quorum omnium est causa diuersa distantia lune ab ecliptica tempore oppositionis et eclipsis vt inquit Alphag. differentia. 28. quod exponit per 4or dicta: que vt bene intelligantur vtemur figuratione: vnde sit vmbra terre A b c d. cuius diameter. f g. et sit Sol e.



Si igitur fuerit luna precise in ecliptica et in altera sectionum in diametro vmbre. v. g. in puncto f. tota eclipsabitur et per magnum tempus eius eclipsis durabit: quia vmbra illa excedit lunam in proportione dupla super tripartiens quintas: vnde est eclipsis vniuersalis cum mora. ¶ 2o inquit si luna non sit in Ecliptica precise sed in puncto h. habens latitudinem h g. ea. s. quantitate qua semidiameter vmbre excedit semidiametrum lune: tunc extremitas Lune tanget extremum vmbre intrinsecus: tamen repente et subito se absoluet ab illo contactu: quare tota eclipsabitur: sed in eclipsi non permanebit: eclipsim vniuersalem sine mora patietur. ¶ 3o si luna habuerit latitudinem b d. equalem semidiametro vmbre: ita quod luna sit in puncto d. extremitate. s. vmbre: eclipsim patietur tamen secundum eius medietatem. Et si habuerit minorem latitudinem: erit maior portio eclipsata. Si vero maiorem habeat latitudinem: minus de ea eclipsatur. ¶ 4o si luna existens in puncto L. habeat latitudinem compositam ex semidiametro vmbre et semidiametro eius: que sit f k. et l k. extremitas Lune tanget extremitatem extrinsecam vmbre in puncto k. et nullo modo eclipsabitur. nam quando Latitudo Lune est equalis duabus semidiametris aggregatis vel maior eis: nunquam fiet eclipsis. Patet igitur causa eclipsis Lune particularis et vniuersalis cum mora et sine mora. ¶ Circa predicta dubitatur. Non enim videtur quod Luna eclipset propter interpositionem inter Solem et ipsam et propter ingressum vmbre terre. probatur quia vt dicit Almias de mirabilibus mundi: visa est Lune eclipsis ambobus luminaribus apparentibus supra orizontem: sed semper medietas celi est supra orizontem vt patuit in primo huius. ergo ambo luminaria erunt in eadem medietate celi. ergo non erant opposita: quia si vnum oppositorum est supra orizontem: reliquum est infra: et consequenter non erat luna in vmbra terre: que vt dictum est semper Soli opponitur: non igitur eclipsatur Luna obtu terre. ¶ 2o quanto corpus opacum est maius: tanto maiorem vmbram producit: Venus est maior quam terra. ergo facit vmbram maiorem quam terra: et consequenter Luna Eclipsari potest per interpositionem veneris inter luminaria. ¶ 3o si Luna eclipsaret obiectu terre: tunc terra esset maior luna: patet consequentia ex dictis: quia cum sol sit maior terra: fit vmbra terre conoidalis: qua non posset eclipsari Luna: nisi esset minor: consequentis falsitas patet: quia luna ex quo eclipsat stellas fixas est maior eis: sed quelibet stellarum fixarum est maior terra: vt patuit in primo huius auctoritate Alphag. ergo a maiori est maior terra: quia quicquid est maius maiori est etiam maius minori. ¶ 4o si vmbra terre eclipsaret Lunam etiam eclipsaret Venerem et Mercurium: quod nunquam est compertum: tenet consequentia: quia vmbra terre sicut peruenit ad spheram Lune et eclipsat eam: ita etiam ad spheras horum duorum planetarum et eclipsabit eos. ¶ Oppositum volunt omnes et philosophi et Astronomi: et est ita manifestum: quod nemo (vt nouimus) dubitat de hoc: et iam supra optime visum est esse declaratum: ideo non restat aliud nisi soluere argumenta. ¶ Ad primum dicitur quod illa eclipsis de qua meminit Almias facta fuit propter interpositionem terre vt dictum est: nec possit etiam imaginari quis aliam causam: cum nunquam luna eclipsim patiatur: nisi sit soli opposita et terra in medio eorum: nec vnquam visum est oppositum. nam si terre interpositio esset accidentalis et non necessario requisita tanquam causa: posset luna pati eclipsim terra non existente in medio: quod est contra omnem sensum: vnde in prefata eclipsi terra est posita precise in medio luminarium: et vtrunque luminare erat precise in orizonte: vel eorum alterum parum sub eo: sed quia videbantur per medium grossum densum et multum diuersum propter frigiditatem terre et vapores eleuatos ab ea: per quod medium radij visuales vel species visibiles refranguntur vt patet in 2a propositione tertie perspectiue: ideo luminaria videbantur per radios refractos et non rectos: quod autem videtur per radios refractos: extra suum locum apparet per 8tam et septimam tertie partis perspectiue: in quibus habetur: quod possibile est aliquid videri per radios refractos: quod per rectos impossibile est ad oculos pertingere: ideo patet quod tunc vtrunque luminare erat precise in orizonte: vel alterum parum depressum sub eo: et tamen videbantur ambo supra orizontem per radios refractos: quod contigit ex diuersitate mediorum. ¶ Ad 2m dicitur quod licet Venus sit maior terra: est tamen minor Sole et tamen propinqua Soli: quod vmbra quam causat (si causat vmbram) desinit in conum antequam perueniat ad spheram Mercurij. Cuius ratio est: quia quanto opacum minus est propinquius luminoso maiori: tanto minorem vmbram causat et citius desinit in conum ex. 22a et. 26a prime partis perspectiue. Venus autem est multo propinquior Soli quam terra: ideo eius vmbra non vltra protenditur

sed cito deficit: qd nō est de vmbra terre vt dcm̄ est. Lʒ et dici posset q ven⁹ nō est corp⁹ opacū nec verā vmbrā cāt. ¶ Ad 3m dī: q Luna est minor terra ꝛ minor et stel lis fixis visu notabilib⁹: ꝛ lʒ eas eclipset: h aduenit pp ppinqtatē: qr mior quātitas oculo ppinq pōt ipedire vi sionē maioris. nā solus digit⁹ posit⁹ ante oculū ipedit vi dere solē ꝛ magnā celi ptē: nō tñ pp h seqt q sit sole vl' celo maior. ¶ Ad 4m dī: q lʒ vmbra terre ptēdat vsq ad sphērā Ueneris ꝛ Mercurij: nō tñ isti eclipsant: qr nunq sunt in oppōne Solis: sic vmbra terre semp soli opponit vt dcm̄ est: Uenus nāq nunq elongat a Sole plus duob⁹ signis. Mercuri⁹ vo min⁹ vno signo q̄re ꝛc.

Cū aūt fuerit luna. Māifestat cās eclipsis Solis. Circa qd dubita tur: videt. n. q Sol nō possit eclipsari. nā illud qd semp lucet ꝛ lucet per eēntiā: nō pōt puari lumine: nec ꝯnter eclipsari: eclipsis. n. est luminis puatio: nō illud qd hēt lumen per eēntiā nō pōt illo puari nisi corrūpat. Sed Sol lucet semp ꝛ per eēntiā: imo iptit oib⁹ lumen. g nō pōt lumine puari. ¶ 2o vr q nō fiat p iterpositionē lu ne iter solē ꝛ aspectū nrm: qr nullū corp⁹ min⁹ pōt ascē dere maius vt notū est. Sed luna est minor ꝛ multo mi nor Sole vt pbat 5a Almag. ꝛ etiā Alphag. g sol nō ecli psat per iterpositionē Lune. ¶ 3o si per iterpōnē Lune iter Solē ꝛ nrm aspectū eclipsat sol: seqt q pñt eclipsa ri et alij planete vel stelle: ꝯñs est falsuʒ: qr adhuc nō in uenitur aliqs Auctor fecisse mētionē de eclipsi alicui⁹ stelle pter solis ꝛ Lune: pʒ ꝯñtia: qr de quo minus vr in eē ꝛ inest: ꝛ de quo magis per regulā topicā: sʒ min⁹ vr q Luna per iterpositionē possit Solē eclipsare q reli q sidera que sūt sole minora: si g eclipsat solē: et deberet reliq astra eclipsare: qd nō vr. ¶ 4o si sol pateret ecli psim per iterpōnē: tūc et eclipsaret a Uenere ꝛ Mercu rio: qd falsum est ꝛ nunq visum nec auditū: ꝛ pʒ ꝯñtia: qr et hi duo planete iterponunt iter aspectū nrm ꝛ So lē sicut Luna: sed cū hi sint maiores luna saltem Uen⁹ vt pʒ per Alphag. vr q a maiori deberēt solē eclipsare. ¶ 5o vr q nō fiat tm̄ in ꝯiūctiōe: qr ꝯiūctio Solis ꝛ lu ne fit eodē tēpore in cūctis regiōib⁹ ꝛ locis vt pʒ: sʒ ecli psis Solis nō oib⁹ appet simul' sʒ pus occidētalib⁹: appa ret igit in diuersis locis diuersis tēporib⁹: sed est ipole q in oib⁹ illis tēporib⁹ fit ꝯiunctio Solis ꝛ Lune: igit nō fit in ꝯiūctiōe. ¶ 6o que sūt eiusdē spēi habēt easdē nāni ꝛ ppetates: qr pña spēi sūt pña ppetatū vt pʒ ꝛ ea dē pña sūt earūdē ppetatū. Sʒ ois Solaris eclipsis est eiusdē spēi. g ois eiusdē ppetatis. Sed aliq eclipsis So lis ꝯtigit in oppōne: vt illa que fuit in passione dñi nri: vt dic Auctor ifra. g vr q non semp eclipsis Solis fiat in ꝯiunctiōe luminariop. ¶ Oppositū vult Auctor hic cū oib⁹ Astrologis. ¶ Ad istā qōnē dr q Eclipsis sumit duob⁹ modis. s. ppie ꝛ iproprie. Eclipsis qdē ppe sūpta est puatio oimoda ꝛ simplr ꝛ absoluta luminis saltē p marij: sicut supra dcm̄ est: ꝛ est silis extinctiōi alicui⁹ lu minis: qd oino ꝛ simplr extinguit: ꝛ h mō dcm̄ est ecli psari Luna: qr simplr ꝛ ppie lumine puat: exquo illud nō hēt a se sʒ ab alio recipit. Eclipsis vo iprope accepta est nō puatio luminis a corpe luminoso: sʒ poti⁹ abscōsio ei⁹ ne videat: vt si lumē abscōdat nō dr extictū simplr: sʒ puatū a visione vidētis ꝛ dr eclipsis respectu alicui⁹ nō simplr. ¶ 2o est notādū q luminis abscōsio nō pōt fieri nisi per aliqd corp⁹ opacū. Cui⁹ rō est: qr hec abscō sio nō est aliud q quedā puatio multiplicatiōis lumis: ne. s. lumē ptigat ad aspectū vidētis vt pʒ: nullū aūt cor pus pōt ipedire lumis multiplicationē: nisi corp⁹ opacū qr p diaphanū lumē multiplicat: q̄re cū eclipsis iprope sūptus sit lumīs abscōsio ꝛ puatio nō luminis: sʒ multi plicatiōis luminis: pʒ q cātur per iterpositionē alicui⁹ corporis opaci. ¶ 3o est sciēdū q ꝯiūctio est triplex: vt pʒ in theoricis. s. media vera ꝛ visibilis. Cōiunctio qdē media solis ꝛ lune est qñ linee medior motuū eop sūt simul: ita q terminent in eodē pūcto Zodiaci saltē fm lōgitudinē: qd āt sit medi⁹ mot⁹ vel linea medij motus in theoricis declarari hēt. Sʒ vera ꝯiūctio est qñ linee verop motuū. i. que trāseūt per cētra astrop sūt in eodē pūcto zodiaci saltē fm lōgitudinem: vt dcm̄ est: h est q sint in eodē circulo maiori trāseūte per polos zodiaci ꝛ terminos linearū hap. Cōiunctio vo visibilis est qñ li nee aspect⁹ solis ꝛ lune sūt simul. i. q eadem linea que exit ab oculo nro trāseat per vtrūq eop. ¶ 4o ē aduer tēdū q Luna est corp⁹ opacū ꝛ densum: imo vt dicit Ari. in lib° de aīalib⁹ de nā terre: qd pʒ: qr ipedit visionē. naʒ nō possum⁹ videre post eā: sicut videm⁹ mediāte corpe diaphano aere aq ꝛ et spheris celestib⁹. ¶ His declara tis dico plura p declaratiōe eclipsium tā Solis q alio rum siderū. p° dico q Sol nō eclipsat eclipsi vera ꝛ ppe dicta. pbat pcipue per rōnē pam añ oppositū: qr qd latet p eēntiā nō puat lumine: nec ꝯñter eclipsat vere: qr nō pōt aliqd puari illo qd hēt per eēntiā: nisi corrūpat. naʒ duʒ hō desinit eē rōnalis: desinit eē hō. Sed sol lucet p eēntiā: qr nō hēt ab alio lumē: imo dat lumen oib⁹ alijs siderib⁹ q̄re ꝛc. ¶ 2o dico q Sol eclipsat eclipsi iprope dicta ꝛ nō vera. pbat: oē eniʒ qd eclipsat: ꝛ nō eclipsat eclipsi ppa ꝛ vera: eclipsat eclipsi ipropa: pʒ qr nō dat ali⁹ modus quo sol possit eclipsari: sʒ sol eclipsat vt sen sus manifestat: ꝛ nō eclipsat eclipsi va ꝛ ppa qr nō puat lumie: vt dcm̄ est. g eclipsat ipropa eclipsi: que est abscō sio luminis per aliqd obstaculū. ¶ 3o dico q sol eclipsa tur p iterpositionē lune iter aspectū nrm ꝛ Solē: pbat. Nā oē qd eclipsat eclipsi iprope dicta: eclipsat per pua tionē. i. qr impedit a radiop multiplicatiōe cū radij nō possint ad nos ptingere: vt pʒ. Sed sol eclipsat mō dcō: ipedit igit a diffusione radiop: diffusio autē radiop ac luminis cū fiat necio p mediū diaphanū: ipedit per ob staculū alicui⁹ corpis opaci: vt dcm̄ est: tale aūt corpus opacū nō est ignis: aer vel aq: exquo sr corpa diaphana ꝛ trāsparētia: nec terra: qr terra nō iterponit iter nos ꝛ solē: nec ipedit radiop ei⁹ diffusionē nisi in occasu: g nō est eclipsis: q̄re est aliqd corpop celestiuʒ. nō tñ sphere: qr pʒ eas eē diaphanas: qr p eas vident astra. g aliqd si derū: nō stelle fixe nec Saturnus Juppiter aut Mars: qm̄ sūt supra Solē ꝛ nō iter Solē ꝛ aspectū nrm vt vi sum est in p° hui⁹. Nec Uenus ꝛ Mercuri⁹ vt patebit: qr qñ ꝯiūgunt cū Sole hñt latitudinē: ꝛ et qr hñt diame trū visualē puū respectu diametri visualis Solis: ꝛ nō pñt Solē eclipsare vel abscōdere: velut pu⁹ digit⁹ posi tus añ magnū ignē: nō pōt eū abscōdere. Quare relinqt q sola Luna que est opaca vt dictum est: pōt eclipsare. imo eclipsat Solē: que magna est ꝛ hēt qnq diametrū visibilē maiorē diametro visibili solis: vt pʒ 5a Almag. ꝛ in theorica de passiōib⁹ planetarū: q̄re seqt q sol ecli psim patit pp iterpositionē Lune iter aspectum nrm ꝛ solē. ¶ 2o illud sine q effect⁹ nō pōt pduci sʒ necio ꝯiū git illi est cā illi⁹ aliq mō: sʒ nunq sol eclipsari pōt nisi in ꝯiūctiōe cū Luna. nā exñtia Lune cū Sole ē necio reqsita ad eclipsiʒ Solis. nunq. n. visa ē eclipsis Solis nisi pus fuerit Luna cū eo ꝯiūcta. g Luna est Eclipsis huiꝰ cā. Sʒ nō pōt alio mō eē cā: nisi q sui obtione iter Solē ꝛ aspectū nrm radiop solis phibeat diffusionē: q̄ re pʒ euidēter: q Solis eclipsis cāet ob Lune obm̄ iter Solē ꝛ nos. ¶ 3o pʒ per sensuʒ ꝛ expimētū. nā in eclipsi

Solari videtur luna interposita eclipsans solē: vt et ps
eclipsata de Sole eē figure curue ɀ arcualis q̄lis est figu
ra lune i tali loco ɀ tali distātia a cētro terre: que oīa de/
mōstrāt q̄ luna iterposita sit cā eclipsis solis. Ex quo se
quit̄ q̄ sol nō pōt eclipsari nisi sit ɔiūct⁹ cū luna vel lu/
na cū eo: p3. nā huiꝰ eclipsis cātur ab iterpōne lune iter
solē ɀ nos: ita q̄ ipsa luna est p̄cise in medio inter Solē
ɀ nos: ɀ vterq̄ eoꝝ sūt in eadē linea egrediēte ab oculo
nr̄o. Sed cū nos sum⁹ in terra ɀ ꝑpe cētrū mūdi: seq̄t q̄
linea hec que trāsit per vtrūq̄ eoꝝ est eadē vel ꝑpinq̄
linea que exit a cētro terre ɀ trāsit per vtrūq̄ eoꝝ: s3 q̄n
q̄ h̄ est: Sol ɀ Luna sunt ɔiūcti vel ꝑpe ɔiūctionē: nō
igit̄ pōt Sol lumine p̄uari: nisi sit ɔiūctio vel saltē ꝑpi/
qua ipsi⁹ Lune cū Sole. ¶ Aduertēdū tn̄ q̄ cū in ɔiun
ctiōe Solis ɀ lune tm̄ fiat eclipsis: nō tn̄ fit singulis cō
iunctionib⁹. Cui⁹ rō est q2 nō in oī ɔiunctiōe Luna iter/
ponit̄ directe ɀ linealiter iter aspectū nr̄m ɀ Solē. nam
cū sol sit sp̄ sub ecliptica: si luna hēat latitudinē aliq̄: l3
sit ɔiuncta cū sole s̄m lōgitudinē: ex q̄ nō est linealr̄ iter
aspectū nr̄m ɀ solē: nō fit eclipsis. Sed dū ipsa luna est
p̄cise sub ecliptica vel ꝑpe: ɀ ɔn̄ter in altera sectionū ca
pitis vel caude Draconis vel ꝑpe metas: tūc ē iterposi/
ta iter aspectū nr̄m ɀ Solē: q̄re impedit trāsitū radioꝝ
Solis ad nos ɀ fit eclipsis Solis: que vt dcm̄ est dī ecli
psis: ꝑpe q2 nos p̄uamur lumīe Solis p̄mario: nō tn̄ se/
cūdario: q2 nō fit tenebra s3 vmbra: vt p3. ¶ Ex q̄ seq̄t
q̄ due ɔditiōes reqrunt̄ ad eclipsim Solis sic̄ et ad ecli
psim Lune. Ad lune eclipsim reqrit̄ p̄ q̄ ipa luna sit op
posita Soli. 2° q̄ sit in capite vel in cauda vel ꝑpe me/
tas: vt dcm̄ est. Similr̄ ad eclipsim Solis reqrit̄ p̄ q̄ lu
na sit ɔiūcta cū Sole. 2° q̄ sit in capite vel cauda vel ꝑ
pe metas: in q̄b⁹ eclipsis ɔtingē pōt. ¶ 4° dico q̄ sol nō
eclipsat̄ nisi sit cōiunctio visa Lune ɀ Solis nō media
nec vera: p3 de media ɀ vera: q2 singulis mēsib⁹ est vtra
q̄ ɔiūctio vt p3: nō tn̄ ɔtigit eclipsis: de visibili et ē ma/
nifestū: q2 tūc eclipsis Solis ɔtigit q̄n sol ɀ luna sūt in
eadē linea que exit ab oclo nr̄o vt dcm̄ est: s3 hec est cō/
iūctio visibilis vt visu3 ē supra q̄re ɀc. ¶ Et ex h̄ seq̄t
que sit cā eclipsis Solis vniulis ɀ p̄ticularis. Nā q̄n lo
cus visus lune est p̄cise in ecliptica: ɀ ipa Luna in oppo
sito augis: in q̄ hēt diametrū visualē maximā q̄ possit
hēre: ɀ Sol in auge sui eccētrici: in q̄ loco hēt diametrū
visualē minimā pp̄ distātiā: tūc diameter lune visa est
maior diametro visibili Solis: ɀ tūc totū corpus solare
eclipsat̄ ɀ fit eclipsis vniul'is. Dū v̄o nō ɔcurrūt iste cō
ditiōes: q2 vl' luna nō est in opposito augis sui epicicli:
vel q2 Sol nō in auge eccētrici sui: vel q2 loc⁹ visus lu/
ne nō est p̄cise in ecliptica fit eclipsis Solis p̄ticularis.
Or si loc⁹ visus lune hēret maiorē latitudinē ab eclipti
ca q̄ sint semidiametri visibiles lune ɀ solis siml' iūcte:
nullo mō Sol eclipsim pateret̄: eodē mō si sit latitudo
loci lune visi eq̄lis illis duab⁹ semidiametris siml' iun/
ctis. Loq̄ hic de diuersitate aspect⁹ nō vr̄ ɔueniēs: cū sit
alius loc⁹ hui⁹ mā̄e: p̄cipue in theoricis de passiōib⁹ pla
netarū vbi loq̄t Auctor ille de Eclipsib⁹. ¶ 5° dico quā/
tū ad alioꝝ siderū eclipses: q̄ luna eclipsat̄ vera eclipsi
ɀ ꝑpie dicta: p3: q2 q̄d oīno ɀ simplr̄ p̄uat̄ lumine saltē
p̄mario eclipsat̄ eclipsi ꝑpie dicta: vt p3 per diffinitio/
nē eclipsis ꝑpie dicte positā supi⁹: sed luna oīno lumi/
ne p̄uat̄: nō dico abscōdit̄ nobis: vt p3: q2 nobis apparet
luna eclipsata: ergo vere p̄uat̄ lumine: ɀ ɔn̄ter eclipsat̄
vere. 2° q̄d nō hēt a se lumen: s3 illū recipit ab alio dum
aliq̄d corp⁹ opacū ipedit ne lumē recipere possit vere lu
mine p̄uat̄. Sed Luna hēt lumē ab alio. s. a Sole: ɀ per
iterpositionē terre iter solē ɀ lunā p̄bentis obstaculū ne
luna lumē recipiat: p̄uat̄ lumine. igit̄ vere eclipsat̄. hoc
aut patuit supra. ¶ 6° dico q̄ cetera sidera siue fixa seu
erratica sint: nunq̄ eclipsant̄ eclipsi ꝓprie dicta: p3: q2
huiꝰ eclipsis cātur per obm̄ terre iter Solē ɀ austrū q̄d
eclipsat̄: quo fit vt austrū nō possit lumen solis recipe/
re vt dcm̄ est: iō q̄n astrū igredit̄ vmbrā terre p̄uat̄ lu/
mine ɀ eclipsim patit̄: sicut de luna p3. Sed nullū astrū
p̄ter lunā igredit̄ vel igredi pōt vmbrā terre: q2 vmbra
hec ē semp soli opposita ɀ in nadir Solis vt patuit: nō
Uenus ɀ Mercuri⁹ nunq̄ opponunt̄ Soli: s3 cū eo mo
uent̄: iō nō pn̄t vmbrā p̄fatā igredi: nec ɔn̄ter eclipsari.
Tres v̄o supiores Mars. s. Juppiter ac Saturnus ɀ ali
que stellarū fixarū que sūt in ecliptica vel ꝑpe l3 q̄nq̄3
opponant̄ Soli nullā habētes latitudinē: tn̄ nō sūt sub
vmbra: q2 non ɔtingit vsq̄ ad spherā istoꝝ: s3 desinit in
conū vel acumen in sphera Ueneris nec p̄uenit ad sphe
ram Solis: q̄re nec vsq̄ ad spheras superiores. Cū igit̄
Astra supra solē existentia l3 ɔtigat opponi Soli: q2 tn̄
vmbra terre nō p̄uenit ad ea: ɀ l3 p̄fata vmbra p̄ueniat
ad spheras Ueneris ɀ Mercurij: q2 tn̄ hi duo planete
nunq̄ Soli opponunt̄: p3 q̄ nullū astroꝝ ꝑpie eclipsa/
ri ɔtigit: nisi Lunā: cuius spheraꝫ trāsit vmbra: ɀ q2 op/
ponit̄ soli multotiēs in ecliptica existēs. ¶ 7° dico q̄ ce
tera sidera eclipsari pn̄t eclipsi iꝓpie dicta: ꝓbat̄. Il
la astra pn̄t huiꝰ eclipsi eclipsari: inter que ɀ nr̄m aspe/
ctū pōt iterponi aliq̄d opacū abscōdēs illa a nobis ɀ ꝓ/
hibens radioꝝ multiplicationē: vt p3 per diffinitione3
talis eclipsis supra positā. S3 iter aspectu3 nr̄m ɀ aliq̄d
alioꝝ astroꝝ pōt iterponi aliq̄d corp⁹ opacū: vt p3: ɀ di/
cit Aristo. in 2° de celo q̄ Mars visus est eclipsari per
iterpositionē lune inter eū ɀ aspectū nr̄m: ɀ ita etiā ipsa
luna pōt oīa alia sidera abscōdere que sūt in ʓodiaco: q2
ipsa est infima oīum ɀ iter nos ɀ reliq̄ situata. Ita et nō
tm̄ Luna sed ali⁹ planeta iferior pōt iterponi inter nos
ɀ aliquā stellā fixā siue planetā superiorē: sed h̄ rarissi/
me ɔtingit: p3 igit̄ q̄ etiā alie stelle pn̄t eclipsari eclipsi
iꝓpie dicta velut Sol. ¶ Est tn̄ aduertendū q̄ ideo
alioꝝ astroꝝ eclipsium nō meminerūt astrologi: q2 nō
sunt ita sensibiles sicut eclipses Solis ɀ Lune: ɀ si p̄ci/
piunt̄: a paucis ɀ nō ab oīb⁹ sentiunt̄. Rō est q2 Sol ɀ
Luna habēt intensum ɀ magnū lumē. nā Solis illumi/
natio in die ɀ lune in nocte ab oībus sentit̄: iō dn̄r lumi
naria: ɀ per ɔn̄s p̄uatio luminis in eis vel saltē diminu/
tio est multū sensibilis: q̄re eoꝝ eclipses sunt notabiles
ɀ sensibiles quasi ab oibus. Ecōtra reliqua astra habēt
paucū luminis: ɀ quasi isensibilis: ideo p̄uatio luminis
vel potius absconsio eoru3 nō bene sentit̄ ab oībus nec
etiam notat̄: q2 nulla luminis p̄uatio apud nos apparet
ex eclipsi eoꝝ. ¶ Secūda cā est: quia Sol ɀ Luna sunt
magne quātitat̄: ɀ h̄n ab oībus pōt eoꝝ eclipsis sentiri
ɀ p̄cipi: alia aūt astra minime: cū vix ab alijs cognoscan
tur: iō nec notant̄ eclipses eoꝝ. ¶ 3ª rō esse pōt q̄ astro
logi tm̄ illoꝝ eclipses notauerunt: quibus influunt̄ va/
rij ɀ noui effectus in his inferioribus: hoc aūt cōtingit
ex eclipsibus Solis ɀ Lune tm̄: ɀ nō ceteroru3 astroꝝ:
iō de istorum duoꝝ eclipsibus fit mentio. ¶ 8° dico q̄
Luna nō pōt eclipsari eclipsi improprie dicta. ꝓbat̄: q2
Astrū q̄d nō habet stellā inferiorē se: que possit eam ab
scondi a visu ɀ aspectu nostro: nō eclipsat̄ hoc modo: p3
q2 hoc modo causat̄ talis eclipsis: vt dictū est: sed luna
nō habet stellā inferiorē se: cū sit oiu3 infima: vt patuit
in p̄mo huius: igit̄ non pōt eclipsari. ¶ His declaratis
restat respōdere ad rōnes ante oppositū factas. Ad p̄am
dictum q̄ Sol nō vere ɀ ꝑpie eclipsat̄: sicut ratio con
cludit. ¶ Ad 2am dicit̄ q̄ corpus minus ꝑpinquius tn̄
potest

potest eclipsare maius:quia ex quo est ppinquius habet maiorē diametrū visualē:sicut digitus potest ascendere solem:lz sit quasi incorporabiliter minor. ¶ Ad tertiaz patet q luna potest eclipsare alias stellas iter q̄s ⁊ aspectum nostrū interponit:patet etiā q̄re Antiqui nō fecerunt mentionē de eclipsi eaꝝ. ¶ Ad quartā dicit̄ q nec Venus nec Mercurius eclipsant solē.pmo qa qñ sunt cōiuncti cū sole nō sūt sub ecliptica:qd requirit̄ ad hoc vt inter solē ⁊ aspectū nr̄m iterponant̄:sed tunc hñt magnā latitudinē.Scdo qa hñt diametrū visualē pue quātitatis:ideo nō pñt ascēdere solē.Tertio qa si etiā interponerent̄ iter solē ⁊ aspectū nr̄m sunt tante luciditatis q non discerneret̄ pars solis occulta:ideo non ecclipsat̄ sol per aliquē istoꝝ. ¶ Ad quintā dicit̄ q semp eclipsis solis ɔtingit in cōiunctione solis ⁊ lune visibili vt dictū est:⁊ si nō sit pcise in coꝝ vera cōiunctione:tñ est prope eā:qa parū distat vera coniunctio a visibili:aliqñ vo fit eclipsis solis precise in vera cōiunctione:vt qñ fieri contingit eclipsis in medio celi:in quo vera cōiunctio ⁊ apparens nō differūt. ¶ Ad sextā rōnē dicit̄ q eclipsis q̄ fuit tēpore passionis Dñi nō fuit eiusdē spēi cuz alijs:qa illa fuit miraculosa:alie vo nāles:tñ infra melius dicet̄.

Notandū etiam q quando. Cōparat Auctor p fatas eclipses.s.pprie sumptaz qua luna eclipsat̄:⁊ improprie quas sol eclipsari solet:vel cōparat eclipses solis ⁊ lune quātū ad dr̄iaz:⁊ ponit vnā tm̄ dr̄iaz iter eos:lz sint alie que ponent̄ post hoc.Prima dr̄ia quā ponit Auctor est q cū lune eclipsis sit vera ⁊ ppria lumis puatio:simpliciter priuatur lumine:ideo oībus apparet priuata in omni regiōe ⁊ eodē tēpore:nō pus vni climati q̄ alij:vt si in aliq̄ camera esset cādela lucens ⁊ extingueret̄:oīb⁹ silr̄ extingueret̄:nō aliqbus tm̄:nec aliqbus pus q̄ alijs. Nō ita ē de eclipsi solis:qa cū nō sit vera puatio lumis nec vera obscuratio:nisi respectu nostrū:que fit per iterpositionē lune abscondentis lumē solis:stat q luna abscondat solē vni regioni:⁊ nō alij:⁊ ideo erit eclipsis vni loco:illi.s.iter quē ⁊ solē est luna iterposita ⁊ nō alij.s.illi iter quē ⁊ solē nō iterponit̄ luna. Similr̄ etsi eclipsis solis fiat in plr̄ibus climatibus vel regionibus:tñ nō silr̄:sed in vno pus q̄ in alio:qd cōtingit pp diuersitatē aspectus.Cui⁹ exēplū est:p qd imaginari qlibet pōt qd dicit̄ si sit in medio camere cādela lucēs totū locū illuminās:anteq̄ si quis iterponat manū:eā occupabit ⁊ abscōdet nō toti camere:s; pti ei⁹ tm̄:⁊ sic si sint plr̄es hoies in camera:aliqbus lumē cādele eēt phibitū ⁊ ipeditū iter q̄s scilz ⁊ lumē eēt man⁹ posita:qbusdā vo mime ipeditum eēt:vt pz.Et si iste moueret cōtinue manū ante candelā:cōtinue alij ⁊ alij parti camere eius lumē absconderet:nō igit̄ silr̄ oībus ptib⁹ abscōdit̄ s; successiue:alicui nāqz parti abscōdit̄ ⁊ alicui per ɔtrariū detegit̄:qd ɔtingit pp diuersitatē aspect⁹.Ad ppositū qa eclipsis solis causat̄ ob lune iterpositionē iter aspectū nr̄m ⁊ corpus solare:stat q luna sit interposita vni parti ⁊ nō alij.silr̄ pus vni pti q̄ alij. ¶ Patet igit̄ dr̄ia que in duas diuidi pōt.p⁹ q eclipsis lune est vlr̄is.i.in vniuersa terrā:⁊ eclipsis solis particularis.i.tm̄ in aliq̄ parte terre:nō aūt i tota. ¶ Scda dr̄ia pz q eclipsis lune fit simul oībus ptib⁹:nō pus vni q̄ alteri:eclipsis solis mime:sed pus i vno climate q̄ in alio:cāe patet ex dictl. ¶ 3ª dr̄ia est q eclipsis lune apd oēs durat eq̄li tēpore nō plus in vno loco q̄ in alio:⁊ eq̄lis pars lune ab oibus eclipsata videt̄.Eclipsis vo solis nō durat eq̄li tēpore apd oēs:nec equalis pars ab oibus eclipsata videt̄:sed alicui maior:⁊ alicui minor:qd ex dictis facilr̄ pz. ¶ 4ª dr̄ia est q lune eclipsis est vt plrimū vlr̄is vlr̄itate ptiū lune:nō aūt eclipsis solis:qd ɔtigit pp diuersitatē aspectus:⁊ si solis eclipsis posset esse vlr̄is:nō tñ vlr̄.i.oi pte terre vlr̄is appet:sic nō in oi parte apparet eclipsis. ¶ 5ª dr̄ia q eclipsis solis ɔtingit in ɔiunctione:Lune vo eclipsis in oppositiōe. ¶ 6ª dr̄ia est q lune eclipsis est vera ⁊ pprie dicta:nō aūt eclipsis solis:vt supra declaratū est. Ideo Virg.p̊ Eneid.dicēs.Defectus lune varios solisq; labores.Eclipses lunares noiauit defect⁹:qa vere luna deficit:⁊ eius defectus est vera ⁊ ppria eclipsis.Eclipses vo solares appellat labores ⁊ nō defectus ex q̊ sol nō vere deficit:sed impedit̄ a radioꝝ multiplicatione:iō laborare videt̄. ¶ Ex pdictis pz q solis eclipsis vlr̄is q̄ facta est in vniuersa terra tēpore quo Jesus Chrs Saluator mundi ⁊ verus Deus passus est:ita referētibus euangelistis Matth.27°.Marci 13°.⁊ Luce 23°. Et tenebre facte sūt i vniuersa terra ab hora sexta vsqz ad horā nonā:⁊ sol obscurat⁹ est:nō fuit nālis:s; miraculosa triplici miraculo.pm qa fuit vlr̄is.i.in toto corpe solari ⁊ appuit vlr̄.i.i vniuersa terra.pm rarissime ɔtigit.s.q sit vlr̄is.2m vo q vlr̄ appeat nūq̄ fieri pōt p opus nāe:nisi dina vtute:cui elta obediūt corpa celestia ⁊ vniuersa creatura.2° fuit miraculosa:qa eclipsis solis nō pt eē nisi in cōiunctione:vt dictū ē:s; eclipsis illa fuit in oppositiōe:ex q̊ erat pascha iudeoꝝ:velut ex euāgelio pz.Judei nāqz ex legis pcepto in vespe decimeq̄rte mēsis lunaris qñ est oppositio accipiūt pascha. 3° fuit miraculosa ⁊ vltra opus nāe:qa in eclipsi nō aufert̄ nisi pmariuz lumē:ēt si fiat vlr̄is:vt dictū est.scdariū āt retinet̄:iō dū sol vlr̄.i.fm oēs ptes eclipsat̄.fit vmbra:q̄ vt patuit est puatio lumis pmarij:s; in pfata eclipsi fuit ablatio vtriusqz lumis.s.tā pmarij q̄ scdarij:qa tenebre facte sūt in vniuersa terra:vt dictū ē:est nāqz tenebra ablatio vtriusqz lumis:vt patuit.Et p h pz solo ad argm añ oppositū pcedētis qōnis:qa hec eclipsis nō fuit eiusdē rōnis vel spēi:nec pcessit ex eadē cā.Propter qd triplex miraculū legit̄ Dionisiū Ariopagitā dixisse:aut de⁹ nāe.s. Auctor nāe patit̄:qr tātū pdigiū nō ostēdebat nisi vlr̄ di passionē sic veꝝ ē vlr̄ mūdi corruptionē.Aliq vo exponūt de⁹ patit̄ nāe.i.cōpatit̄ ⁊ cōpassionē mōstrat nāe p hāc eclipsiz:s; por expō melior. ¶ Est sciēdū q Dionysi⁹ magn⁹ phs Atheniēsis Ariopagita noiat⁹ ē ab Ariopago Athenaruz pte.nā Athene quōdā iclyta ciuitas studioꝝ mare ⁊ bonaꝝ artiū nutrix erāt in triplicē ptē diuise. In pmā ptē iuxta mare Neptuno deo mario ɔsecratā ⁊ ab eo dnoiatā:in qua naues applicabant̄.Scdaz quoqz Palladi dicatam bellicosoꝝ viroꝝ habitaculum.⁊ tertiā dicatam Ariopagum ab Aries:qd est martius et pagus:quod est villa quasi villa et locū Martis:in qua pte erat studiuz phie ⁊ reliquaꝝ artiū.Cuius cū esset Dionysius pdictus phs ⁊ ab ea denoiat⁹ Ariopagita:ɔtēplat⁹ miraculosam eclipsiz:⁊ iā sciēs eā ɔtigisse ɔ nāe cursuz:magnū pnosticat⁹ ē pdigiū futuꝝ:q̄re ɔclusit vlr̄ mūdū corrūpēdū:qd ipole opinat⁹ ē:vt pz ex 8° phy.vlr̄ dñm nāe patiētē:igit̄ cū de⁹ pateret̄ sibi ignot⁹:qui(cū corpa celestia obedirēt ei)esset magn⁹ ⁊ sum⁹ de⁹:ɔstruxit i tēplo Palladis arā deo patiēti sibi ignoto dicatā absqz aliq̄ imagie cū iscriptiōe Deo ignoto:vt hēt̄ actuū 17°.q̊ factū ē vt p aplm Paulū Athenis euāgeliçātē vbū vite:ad fidem ɔuersus sit:⁊ Pauli discipulus effect⁹:⁊ in Galliarū ptes missus:(vbi Gallis ad fidē Chri deductis in epm eligit̄:⁊ martyr efficit̄)migrauit ad Chrm Jesuz per infinita secula seculorum gloriosum ⁊ benedictum.Amen.

¶ Joannis de Sacrobusto Anglici Spherici opis:⁊ sup eodē.D.Joānis Baptiste Capuani de Māfredonia Canonici regularis sci Augustini Congregationis Lateranensis Expositionis. Finis.


L

Introductoria additio


¶ Nonnulle ad sequentia note.




Irculus est figura plana vna quidem circūducta linea ɔtenta: in cuius medio pūctus est: a quo oēs recte linee ad circundantē lineā educte adinuicē sunt eq̄les. ¶ Figura plana est cuius mediū nō subsultat egrediturue ab extremis. ¶ Circūferentia circuli est linea circulū cōtinēs: hoc est: est linea illa ad quā oēs recte linee a cētro circuli eiecte adinuicē sunt equales: que ꝛ ambitus circuitus: curuaturaq; ꝛ circulus nonnunq̄ dicit. ¶ Centrū circuli est punctus ille: a quo oēs recte ad lineā circulū continentē educte adinuicem sunt equales. ¶ Dimidius circulus est figura plana diametro circuli ꝛ medietate circunferentie contenta. ¶ Diameter circuli est quecunq; linea recta per centrum circuli transiens vtrinq; ad circunferentiam circuli eiecta. ¶ Linea recta est a puncto ad punctū extensio breuissima. ¶ Solidum corpus: longitudine: latitudine: altitudineq; dimensum. ¶ Altitudo: crassities: ꝓfunditas. ¶ Angulus est duarū linearū mutuus contactus: est enī figure particula a linee contactu in amplitudinē surgēs. ¶ Angulus rectus est angulus ex linea supra lineā cadente: ꝛ vtrinq; altrinsecus duos adinuicē equales angulos faciente causatus: vt angulus.a d b. ꝛ angulus.a d c. ¶ Quē si due recte linee continent: angulus rectilineus nominatur: si autem eum linee curue continent angulus curuus: sphoralisq; dicetur. ¶ Linea curua: circunferentia: aut circūferētie portio est. ¶ Angulus obtusus est angulus qui est recto maior: vt angulus.e d b. cōtinet enī angulū rectū.a d b. ꝛ īsuper angulum.e d a. ¶ Angulus acutus est angulus recto minor: vt angulus.e d c. Continet enī angulus rectus.a d c. angulū.e d c. ꝛ insuper angulum.a d e. Et anguli recti equales: normalesq; dicunt. Obtusi aūt ꝛ acuti: oblīq: inequalesq;. ¶ Integrū est res tota: aut rei pars: que sexagenaria partitione non prouenit. ¶ Minutum est sexagesima pars integri. ¶ Secūdū est sexagesima pars minuti. ¶ Tertiū est sexagesima pars scdi: ꝛ ita deinceps ꝑm nālem numeri sempq; vnitate crescētē multitudinē. ¶ Dies partitur in 24^or horas: hora in sexaginta minuta: minutū in sexagita secunda: scdm in sexaginta tertia: ꝛ ita deinceps ꝑm nālē numeroꝝ seriē: quo fit vt hora scda ɔtineat.3600. ꝛ tertia.216000. ¶ Signū est duodecima pars circuli. ¶ Gradus est tricesima pars signi: at triginta duodecies multiplicata.360. reddunt: quo fit vt iterū recte diffiniat gradus esse tricentesima sexagesima pars circuli. Itē ꝛ gradus: partes circuli nūcupātur. ¶ Frāgitur ergo circulus in duodecim signa: ꝛ signū in triginta gradus: ꝛ gradus in sexaginta minuta: ꝛ minutū in sexaginta secūda: ꝛ scdm in sexaginta tertia: ꝛ hoc pacto deinceps. ¶ Animaduerte tamen in hac fractione sexagenaria: si frangit hora: fragmēta illa: minuta horaria: secūda: ꝛ tertia horaria dicunt. Et si frāgit signū: dicunt minuta: scda: tertia signi: ꝛ ita deinceps. ¶ Abaci physica ratio in sexagenaria collectiōe (que fit addēdo) atq; sexagenaria mutuatione (q̄ fit distrahēdo) itelligit in qua sūmopere curādū est: vt integra: similia sub silibus itegris collocent: ꝛ similes minutie sub silib⁹: vnius eiusdēq; denoiationis minutys: suis qdē iteruallis distīcte. Minutie sunt minuta: scda: tertia: q̄rta: ꝛ ita deinceps: ꝛ in eisdē interuallis spatysq; denaria collectione aut mutatione: que vulgaris est: vtendū est: ꝛ est a tenuioribus minutys collectionis: distractionisq; icboandus labor: verbi cā volo in vnū colligere: hoc est simul addere duos p̄mos subiecte formule numeros: quoꝝ vnus superior: ꝛ alter inferior collocat: aut minorem a maiori subducere: addo subducoq; vt subiecta monstrat formula.




A c b. tota superficies linea a b: contenta: circulus. A b. linea circunferentia circuli. c. punctus: centrum.



A c b. dimidius circulus.



D e. linea diameter circuli.



¶ Hoc pacto fit physica additio.

Sig.	Gra.	Minu.	Scda	Tertia
0	54	48	37	20
0	50	36	39	42
1	45	25	17	2

¶ Tertius numerus subter: ex duobus superioribus additione colligitur.

¶ Hoc pacto fit physica distractio.

Sig.	Gra.	Mi.	2ª	3ª
0	54	48	37	20
0	50	36	39	42
0	4	11	57	38

¶ Tertius numerus subter: ex duobus superioribus distrahendo relinquitur.

¶ Hec de abaci physica rōne adiecta sunt: non qa ad abacū: astronomicūq; calculū sufficienter introducant: sed vt calculum calculiq; peritos consulant: qui hec astronomico instituto sunt formandi: sine qua numerandi peritia aditis quadriuy se cognoscant explosos: nullū vnq̄ ex eo fructum suscepturi. Et sit semper oculis: tum docentium: tum discentium subiecta materialis sphera. Sed nunc principale institutum aggrediamur.

¶ Jacobi

¶ Jacobi Fabri Stapulēsis in Astronomicū introductoriū Joannis de Sacrobosco Cōmentarius ꝓsequēter Auctoris littere: cui seruit. adiunctus.

¶ Argumentum Auctoris.



Apud Syracusas Archimedes Syracusanus sphere inuentor proditur. Quē vnus cum Marcellus Syracusas expugnaret: incolumem itactumq̃ (si fata dedissent) esse volebat. Apud autem Parisios Joannes de Sacrobosco ħ introductorio astronomico sphere vtilitates aperuit: et quia prius quid est ꝙ quale aliquid est cognoscere: operepreciū est (impossibile siquidem est cognoscere: quia est non cognoscentes quid est) idcirco hec quatuor: sphera: centrū: axis: polus sphere in primis ab Auctore diffiniēda suscipiuntur.

1 ¶ Sphera ergo est transitus circūferentie dimidij circuli que (fixa diametro) eousq̃ circūducit̄: quousq̃ ad locū suum redeat. Et hec descriptio ex Euclidis vndecimo sumpta est. Cuius hic intellectus habeatur. Sphera est solidum qđ ab arcu semicirculi (sua quidem immobili stanteq̃ diametro) vna completa reuolutione circūscribi intelligitur. Et id solidū circūscribi intelligit̄: qđ cōtinue ab arcu ipm̄ circūducendo: tangi imaginamur. Qđ an possibile id q̄dē sit: an secus ad pn̄s nihil referat.

2 ¶ Et hec ꝑfecto mire efficacie descriptio est: que aperte docet (quantū sensibilis materia recipere valeat) artificialem constituere spheram: cuius vtilem cōmodāq̃ intelligentiam nostre tempestatis artifices multis auri pondo comparare deberent: qui metallo: ligno: aut alia materia figuras torno exprimere volūt. Si itaq̃ in leui chalibe aut ferro: sumpto circino supra quācūq̃ lineam semicirculus educatur: qui ab arcu ad diametrum vsq̃ excauetur: quinimo ꝛ medium diametri interstitium: et mox ad arcum circūferentiamq̃ exacuatur vt ea ex parte ad scindendum secandūq̃ fiat aptus: exurget instrumentum tornandis spheris (haud secus ꝙ circinus circulis) aptissimum. Hanc vtilitatem sua descriptione nobis attulit Euclides: illamq̃ intendebat cū diceret spheram esse transitum dimidij circuli: que (fixa diametro) quousq̃ ad locum suum redeat circūducitur: abditam: occultamq̃ tamen: vt solis studiosis pateret. Occulūt eni pħi passim miro ingenio sua secreta: vt desidibus nō pateant: studiosis autem atq̃ sollertibus peruia sint.

3 ¶ Et si perennē promeruit laudem Perdix Dedalius nepos qui (vt Ouidius cecinit) Serre repperit vsum.
Primus: ꝛ ex vno duo ferrea bracchia nodo
Junxit: vt equali spatio distantibus illis
Altera pars staret: pars altera duceret orbē: hoc est qui serram: circinumq̃ repperit: quid ergo noster Euclides: qui vsū fabricande lōge quidem vtilioris sphere: dilucide mōstrauit. Neq̃ primus Archimedes: sed ante Archimedis tempus Apud Megaras Megarēsis Euclides spheram adinuenerat. Sed nunc ad alteram diffinitionem transeamus.

4 ¶ Jterum sphera est solida: corporeaq̃ figura: vna q̄dem superficie ꝯtenta: in cuius medio pūctus est: a quo omnes recte ad circūferentiam educte adinuicem sunt equales. Et hec ex Theodosij libro de spheris sumpta est. Et hec particula: vna quidem superficie contenta de conuexa superficie (que circundantiū vltima est) intelligitur: que eadem ꝛ sphere circunferentia nuncupatur. Cetera autem adeo clara sunt (vt quibus circuli diffinitio cognita est) cōmētatione nō egeant. Qđ enim in planis circulus est: in solidis est sphera. ¶ Et si positas diffinitiones adinuicem cōferre libet: hec sphere substantiam: illa vo magis fabricande sphere modū: idustriaq̃ prebet: ꝛ hec diffinitio: illa vo potius descriptio dicenda est. Sȝ hec logico ꝙ astronomo magl curāda linquant̄.

5 ¶ Centrum sphere est punctus in medio sphere collocatus: a quo oēs recte ad sphere circūferētiā educte adinuicem sunt equales: perinde ac circuli centrū: eū dicimus esse punctū a quo in circuli meditullio sito: oēs recte ad circuli ambitum educte adinuicem equantur.

¶ Axis sphere est linea rectā per centrū sphere transiens ex vtraq̃ parte suas extremitates ad sphere circūferentiā applicās: circa quā sphera cōuertit̄. Auctoris diffinitio nondū cōpleta erat. nā non omnis recta per centrum sphere transiens: ex vtraq̃ parte applicata dicit̄ axis: sȝ ea sola circa quā cōuertit̄ rotaturq̃ atq̃ itorquet̄ sphera: nec ab re q̄dē. nā dicit̄ ad similitudinē axis carri: qui stipes teres est circa quē rota vertit̄. Et hanc particulā Theodosius cū axē diffiniret: diligēter annotauit: neq̃ id quoq̃ latuit Maniliū ita de mūdi axe locutū.
Aera per gelidum tenuis deducitur axis
Sidereus: medium circa quem voluitur orbis.

6 ¶ Polus mundi est pūctus axē mūdi terminans. Ois eni recta finita duobus finalibus pūctis claudit̄: terminaturq̃: cū itaq̃ mūdi axis linea recta sit ꝛ finita: duobus igit̄ eiusmodi terminabit̄ punctis: quoꝝ vterq̃ et polus ꝛ cardo mundi nuncupat̄: ꝛ quoꝝ ille qui citra eq̄noctialē ad Cancrū habitantibus eleuat̄ polus arcticus ille vo qui semꝑ eisdē depssus occulit̄ polus antarcticus dicit̄. Sed quid circulus equinoctialis: q̄d Cācer: ꝛ qua de causa ita vocent̄: postea euadet manifestū. Et que hic de axe ꝛ polo dicunt̄ ad primū mobile referenda sunt: qđ solū materialis sphera semꝑ nostris oculis in oibus huius libelli monstrandus obiecta representat.

7 ¶ Mox celestē spherā deducit in p̄mū mobile: firmamentū que ꝛ stellifera sphera est: in Saturniā Jouiam Martiam Solarē Venereā Mercurialē atq̃ lunarē: que noue numero sunt ordine site: quā quidē partitionē ꝑm subam nominat: ꝙ sit is sit illi: qua patimur animal in hominē: equū leonē: ꝛ reliquas animantes: estq̃ ḡnis in suas species. Fuit eni antiquitas octonario mobiliū spherarū numero cōtēta: mox ad nouenariū astronomorū posteritas fere ad Alphonsij tēpora reduxit. Purbachius autem plane denariū numerū asseruit. Scđa partitione spherā secat in spherā rectā ꝛ obliquā: ꝛ hāc partitionē ꝑm accidēs noiat ꝙ sit is sit illi qua partiret̄ aial in aial vigil atq̃ aial somno euictū: quā totius in modo in suas partes logici nuncupant.

8 ¶ Sphera recta est eoꝝ qui sub equinoctiali circulo habitant: que proinde recta dicit̄: ꝙ illis pari interuallo in medio duoꝝ poloꝝ interstitio positis: neuter poloꝝ altero magis eleuet̄: aut q̄a eoꝝ horiçon equinoctialē ad angulos rectos equosq̃ intersecat: qđ accepto coluro pro horiçonte perfacile cernit̄: quid tamē sit equinoctialis circul9: q̄d horiçon: ꝛ q̄d colur9: postea fiet māifestū.

¶ Sphera obliqua est sphera habitantiū vltra citraq̃ eq̄noctiū: que ideo illis prona obliquaq̃ dicit̄: qđ equo interuallo: in medio poloꝝ interstitio siti non sint: verū illis vnus poloꝝ semper eleuat̄: alter autē ijsdē semper depressus occultat̄: aut ꝙ illoꝝ horiçon equinoctialē circulū ad angulos obliquos iequalesq̃ intercipit atq̃ secat quem proinde horiçonta artificialē nūcupat: ꝙ diē artificialē ab artificiali nocte dirimat: quid aūt dies artificialis ꝛ artificialis nox dicat̄ postea libro tertio ser-

mo futurus est. Et sempꝫ oblique:decliuisqꝫ sphere horiçonta angulis imparibus equatorē secare verū esse cōstabit:nisi oīno e directo sub polo iaceāt:hoꝝ eni horiçō equinoctialē circulum nō intersecaret:imo eundē equatori circulo:circulū esse contingeret:spherā tamē ꝓpter primā causarū obliquā:decliuemqꝫ habere cēserent:ꝙ alter polorum illis eleuatur maxime supereminere t:alter vō maxime depressus semper occultaretur.

¶ Que forma sit mundi. Capl'm.II.

9 ¶ Uniuersam mūdi machinā vocamus:oīum corporū tum superiorū:tum inferioꝝ cōgeriem:que in elementarem regionem diducit̄:⁊ celestem elemētaris qdē regio elementa ⁊ ex elementis contemperata cōtinet: assidue generationi:corruptioni:auctioni:diminutiōi:alterationi:⁊ latiōi obnoxia:subiectaqꝫ.Quatuor elemēta ignis: aer:aqua:terra:que si sincera puraqꝫ darent̄: in ptes diuersarū formarū cōtēperamentorūqꝫ minime secarent̄: quoꝝ ignis celi viciniā summaqꝫ locū sibi fecit in arce.
Proximus est aer illi grauitate:locoqꝫ.
Et pressa est grauitate sui circunfluus humor
Densior hys tellus elementaqꝫ grandia traxit:
Ultima possedit:solidumqꝫ coercuit orbem.
Quēadmodū ex phis deprompta:eleganti carmine cecinit Ouidius:que deus mundi opifex:optimusqꝫ architectus hunc in modū locauit:⁊ dissociata locis cōcordi pace ligauit.Et ex hoꝝ elementoꝝ contemperamentis:varie rerū sensibiliū species ꝓpagant̄:⁊ cū summus mundi faber mundū gyro tornando equauit.terrā in medio tāq̄ imobile sui operis centrū:equali ab extremis equilibratā spatio collocauit:perēniqꝫ quiete firmauit.cetera autem agitationi parentia fecit:quanto eni aqua agitabilior terra:tanto aer aqua concitatior:⁊ ignis aere rapidior:sed hec physicam magis q̄ astronomicā desiderant operam.

10 ¶ Circa autē elementariā regionem:ortus:interitusqꝫ vicissitudinibꝰ subiectaꝫ supereminet lucidus ether(qd celum ⁊ quintam essentiā phi nuncupant)iam ortus:interitusqꝫ expers:cui neqꝫ Auctoreꝫ quicq̄ accedit:neqꝫ diminutionis iniuria detrimētoqꝫ:quicq̄ detrahit̄:sed inuariabili indefluxaqꝫ substantia sempꝫ idem manens nomen:celestes spheras(vt Auctoris fert opio)complectitur:sese orbiculariter circūdantes:que serieꝫ auspicata a sphera nobis viciniore:hunc ordinem sunt sortite. sphera Lune Mercurij Ueneri Solis Martis Iouis Saturni Firmamentū:⁊ primū mobile.qd quideꝫ p̄mū mobile continue supra mundi cardines infra diem ⁊ noctem:semel completa reuolutione circa terrā conuertit̄ rotaturqꝫ:estqꝫ is motꝰ ab ortu per meridiē ad occasuꝫ tandem in ortum recurrens:⁊ p̄mus motus dicitur:quē equator:equinoctialisqꝫ circulus medium diuidit:vt linea velocissime mota.

11 ¶ Et primuꝫ mobile omnes ethereas spheras suo ambitu contentas:seu infra dieꝫ ⁊ noctem(hoc est in vigintiquatuor horarum interuallo)semel circa terram suo motu raptat.haud secus q̄ si plēs teretes pile se mutuo claudāt:tangatqꝫ consequenter minor circundanteꝫ maiorem:maxima earum circūuoluta rotataqꝫ:cetere itracluse simul vnaqꝫ circūuoluent̄:rotabūturqꝫ: ad ipsius maxime circūuolutionem:ita quoqꝫ ⁊ in spheris celestibus:sed huiusmodi motuꝫ inferiores sphere non per se: sed per alterum possident.vtpote qui non in ipsis: sed in primo mobili existat:⁊ que ad alterius motum quiqꝫ in altero est moueant̄:quemadmodū sedens in naui ad nauis motum impellitur:vehiturq̄ procul:cuꝫ idem in se nullum habeat lationis motum.

12 ¶ At inferiorum spherarū quelibet(vt Auctoris sententia est)per se proprioqꝫ motu per obliquū circulum circa suos axes:suosqꝫ polos:primo mobili contranitit̄: de occidente ad orientem per meridiem:se reuocans in occidenteꝫ.Obliquus circulus est signifer:quo de posterior futurus est sermo.neqꝫ qd dictum est spheras illas primo motui contraniti:idcirco intelligas illorū motuū cōtrarietatē aliquā:aut aliquā mouēdi difficultatē atqꝫ reluctantiā:quādoquidē phia sit compertū:celestes motus adinuicem non esse contrarios ⁊ celum ipsum absqꝫ fatigatione reluctantiaqꝫ ⁊ resistentia intēperari: et qm̄ talis loquendi mos componatur:vt sphere iferiores cōtrario motu ad primā agitari dicantur:hic certus expetitur intellectus:vt idem penitus itelligatur: ac si plane subiectas spheras e diuerso ad primam agitandi modo: intorqueri agitariqꝫ dicamus.

13 ¶ Nec adeo obtuse concipiendū est:quasi duo motus in subiectis:inferioribusqꝫ spheris sint: vt verbi causa: in sphera solis duo:quoꝝ altero de oriente ad occasum rapiatur in orientem recurrendo:altero vō e diuerso facto:ab occidente completa reuolutione recurrat in occidentem.nam horum mutuuꝫ primo per alterū:atqꝫ per accidens(perinde ac sedēs in naue)mouet̄: scdo vō per se:estqꝫ horum motuuꝫ primus in p̄mo mobili:scds aūt in vnaquaqꝫ subiectarū spherarū propius atqꝫ peculiaris:nec hos motus difficile imaginabere si spherulaꝫ:pilamqꝫ vitreaꝫ aqua oppleueris:quā ita te versus agites vt aqua aduorsuꝫ te vertigines ducat mox sensiꝫ vitreā pilam ad oppositum gyrando circūuoluas: ⁊ intuebere contentam aquā ad pile motū pariter moueri:pariter ⁊ cōtranitendo vortigines ducere.Sed has quideꝫ per se: illum autē pile motuꝫ per alterum ducit.ergo per lucentem vitream pilam primum mobile:⁊ per intraclusum humorem subiectas contentas cōtranitentesqꝫ spheras presentes animo effingito.

V. Nõ temere tabulas illas aspernanť docti astronomi: qñqdẽ a veritate plʼimũ absunt: qđ plane cõstabit si lati tudines illinc elicitas ꝯferemus ad eas que per tabulas Ptolomei numeranť. Sed redeamus ad lrãm. Inter ce tera de tabulis latitudinũ ait iste: ꝛ latitudo que scribiť in tabulis binarij est distãtia partiũ circũferẽtie epicicli a circũferẽtia eccẽtrici: distãtia dico cõputata v̈sus viaꝫ solis. C. Quid ibi notãdũ cẽses? V. Si ita eẽt: oporteret cẽtrũ planete nũq̃ reperiri in supficie eccẽtrici. Nã apđ omne argumẽtũ equatũ i tabula bipartialis numeri ali quis poniť numerus: qui vt ipse sentit distantiã planete ab eccẽtrico denotat. C. Hoc nimirũ sequeretur. V. Alia demũ audi verba eius. Inclinať autẽ epiciclus ab eccẽ trico: ita ꝙ semꝑ erit planeta iter eclipticã ꝛ cẽtrũ epici cli: nisi cũ centꝝ epicicli sit in capite vł cauda draconis: tũc eñi epiciclus est directus in eccẽtrico. Quid tibi vi deť? C. Qũũ cẽtrũ epicicli semꝑ sit in superficie eccẽtri ci sequiť planetã semꝑ esse iter duas planities ecliptice ꝛ eccẽtrici. V. Illud autẽ absentaneũ est. Nã in tribꝰ su perioribus superficies epicicli semꝑ secat superficiẽ pla nã eccẽtrici: ita ꝙ pars eius superior quidẽ augẽ epicicli cõtinẽs iter eccẽtrici ꝛ ecliptice duas superficies cõpre hẽdit: reliqua v̈o pars supficiei epicicli plus ab eclipti ca remoueť q̃ ipsa eccẽtrici superficies. Unde planetaꝫ quoqꝫ in hac iferiori parte epicicli existẽtẽ plus ab ecli ptica q̃ ipsum eccẽtricũ remoueri: atqꝫ idcirco nõ inter eclipticã ꝛ superficiẽ eccẽtrici reperiri necesse est. Illud deniqꝫ falso affirmať centro epicicli in capite vel cauda draconis existente: superficiẽ eius directe in supficie ec centrici iacere. Sic eñi cẽtro epicicli in altero nodoꝝ cõ stituto planeta extra augẽ verã epicicli sui vel oppositũ augis existẽs semꝑ latitudinẽ ab ecliptica sortiret: qđ ꝑ fecto falsum est. Nã teste Ptolomeo dũ epiciclus in al tero nodoruꝫ existit nulla planete accidit latitudo vbi cũqꝫ etiã in epiciclo fuerit: quãobrẽ totã epicicli superfi ciẽ in plano ecliptice: nõ eccẽtrici: iacere neceẽ est: centro epicicli in altero nodoꝝ existẽte. Sed quid tãtopere de liramẽta huius hominis tractamus? C. Sequentia igiť eius placita videamus. Et quãdo iquit planeta est in au ge epicicli tũc maxime ꝺclinat a via solis: quare tũc ma xima latitudo reperiť in tabula. V. Nuge. Nã maior est latitudo cuiuslibet triũ superioꝝ duꝫ in opposito augis epicicli existit q̃ in ipsa auge. Idẽ quoqꝫ veneri ꝛ mer curio semꝑ accidit ꝑterq̃ cẽtro epicicli in vẽtre draco nis exñte. ibi eñi aux epicicli ꝛ oppositũ eiꝰ equales pla nete tribuũt latitudines Ptolomeo hec oĩa explanante. C. Qũo igiť in ꝑncipio tabule binarij maior reperiť nu merus q̃ in fine? q̃si maior accidat planete latitudo in auge epicicli cõstituto q̃ in eiꝰ opposito: principiũ eñi ta bule augi: finis aũt opposito augis rñdere perhibeť. V. Numeri qui in hac tabula scribunť O amice nõ sũt ve rarũ latitudinũ: queãdmodũ ꝛ ille paulo iferius asseue rabat. Sed officiũ huiuscemodi numeroꝝ ꝓm mentem Azarchelis est diuidere alios ꝛ latitudinẽ ipsaꝫ elicere. Si aũt diuiseris eũdẽ numerũ ꝑ duos ieq̃les: maior qdẽ minorẽ elicit numerũ quotiẽs: minor aũt maiorẽ: quod ex vigesimaseptimi elntoꝝ facile cõuinciť. Sic maior numerus in capite tabule bipartialis nũeri oblatus mi norẽ reddet latitudinẽ q̃ minor i fine eiusdẽ. C. Certio rẽ me reddidisti: nihil in hoc caplo latitudinuꝫ aliud q̃ ineptias apparere ꝛ qdẽ intolerabiles. Uerũtñ: si iubes: sequẽtẽ eius lrãm ꝓnuntiabo. V. Perge vt iubet. C. Et latitudo que scribiť in tabulis q̃ternarij est distãtia cir cunferẽtie eccẽtrici a via solis: que distantia est paruula cũ est ꝓpe nodos: ꝛ maxia cuꝫ in remotis locis a nodo ꝑ tria signa. V. Nõ obtũdas amplius. Nã in fine huiusce tabule q̃dripartialis nũeri saturnus hẽt gradus qnque: ꝛ ideo vẽter draconis eius distãs a nodo ꝑ quadrãtẽ cir culi: qnque gradibus ab ecliptica remouebiť. Quãobrẽ saturnus in opposito augis epicicli existẽs epiciclo ven trẽ draconis possidẽte hẽbit latitudinẽ maiorẽ quinque gradibus: qđ est falsuꝫ: maxia eniꝫ eius latitudo gradus tres ꝛ minuta quatuor non excedit. C. Ergo numeri qui scribunť in tabulis nõ sunt veraꝝ latitudinũ: siqdẽ non ondũt distãtiã partiũ circũferẽtie eccẽtrici ab ecliptica: neqꝫ distãtiã partiũ circũferẽtie epicicli ab ipa supficie eccẽtrici. V. Recte ꝯcludis. Ipse etiã theoricaꝝ scriptor paulo iferius. Cõpositor aũt iquit tabulaꝝ ad ostẽsiones sui magisterij noluit ponere veros nũeros ꝑdictarũ lati tudinũ in qbus vnꝰ subtrahiť ab altera semꝑ: ꝛ reliqua. Ubi cõfiteť aperte nũeros veraꝝ latitudinũ in tabulis cõmemoratis nõ esse descriptos. C. Homo ille videť ex tollere ingeniũ cõpositoris tabularũ: q̃si opus egregiuꝫ ad latitudines planetaꝝ cõputãdas ediderit. Quid igiť obstat cur recẽtiores sideralis scie studiosi ipsis nõ vtũ tur? V. Quid obstat queris? Auctoritas Ptolomei nr̃i veracissimi: qui in libro suo vltimo maximã saturno nu merauit latitudinẽ triũ graduũ ꝛ q̃tuor minutoꝝ: per ta bulas autẽ memoratas maximã saturni latitudinẽ opꝫ esse graduũ quatuor ꝛ minutoꝝ decẽ septẽ fere. Ioui de niqꝫ Ptolomeus tribuit latitudinẽ maximã graduum duoꝝ ꝛ minutoꝝ octo: qui ꝓm has tabulas latitudinem accipiet maximã graduũ triũ ꝛ quadraginta vniꝰ minu toꝝ. Mars demũ tabulas dictas nõ iniuria aspernabiť quippe qui Ptolomeo affirmãte maximã latitudinẽ: bo realẽ quidẽ hẽt graduũ quatuor ꝛ minutoꝝ vigintiuniꝰ: australẽ v̈o graduũ. 7. ꝛ minutoꝝ. 30. Ex hisce aũt tabu lis eq̃lẽ hic atqꝫ illic ab ecliptica remotioneꝫ suscipiet. Sed neqꝫ Uenus ꝛ Mecurius calũniã suã reticebunt. Nã dũ cẽtrũ epicicli est in auge eccentrici: ꝛ Uenus ipsa in opposito augis epicicli ꝑdicte tabule latitudinẽ maio rẽ. 13. gradibus exhibẽt: que tñ iuxta mẽtẽ Ptolomei nõ erit pluriũ q̃ decẽ minutoꝝ. Mercuriꝰ v̈o in filii circu loꝝ suoꝝ situ: per tabulas qdeꝫ sepe dictas hẽbit latitu dinẽ maiorẽ. 9. gradibꝰ. In veritate aũt. 45. dũtaxat mi nutis a via solis recedet. Hec iquã ponendo duos nodos equalr a vẽtre draconis distare queãdmodũ oẽs opinan tur astronomi. Sic morosus ille tabulaꝝ cõpositor Pto lomeũ neglexit veracissimũ: quẽ Albategnius ꝑ oiuꝫ q numeros tractãt tabulares imitari studuit. Duꝫ igiť ab auctoribꝰ recedẽs bonꝰ iste vir nouã cõputãdi querit fa cilitatẽ plurimas effundit ieptias ꝛ qdeꝫ absurdissimas. Sed quid iteꝝ in hec deliramẽta icidimus que iãdudũ missa facere decretũ est: ad litterã denuo redeundũ cen seo. C. Quid vis legã? V. Qđ sequiť. C. Cũ v̈o centrum epicicli est in nodis nulle sũt latitudines: tũc eñi directꝰ est epiciclus in eccẽtrico ꝛ cẽtrũ epicicli in via solis. V. Iãdudũ illđ verbũ floccifecimꝰ: nõ eñi tũc epiciclus in eccẽtrici supficie iacere solet: sed in plano ecliptice testi monio Ptolomei cõstituiť. Uerũ si nõdũ quiescis: ostẽ dã bonũ hũc virũ sibiipsi haudquaq̃ ꝯstare. Naꝫ cẽtro epicicli in nodis exñte dicit nullas esse latitudines: cãm subiũgẽs ꝙ epicicłs tũc sit directꝰ in eccẽtrico. Qđ si ita est: sequiť oẽ epicicli punctũ exͣ eclipticã reperiri ꝑterq̃ ea que sunt in cõi sectione epicicli ꝛ ecliptice: sicut nullũ eccẽtrici punctuꝫ in ecliptica est preter ea que in cõmu ni sectione eccentrici et ecliptice iacent. Quamobrem cẽtro epicicli in altero nodoꝝ existẽte planeta nõ priua biť latitudine nisi in auge epicicli aut eius opposito fue rit: hec eñi duo loca sunt in ꝑdicta cõi sectione. Sed vi

deamus quid dicat de motu capitis ꝛ caude dracõis.C. Caput aũt inqt ꝛ cauda triũ superiorꝫ imobilia sunt nisi ad motũ octaue sphere.Caput autẽ ꝛ cauda Ueneris et Mercurij mouentᷣ tali ꝓportiõe ꝙ verus locus capitis vtriusqꝫ distat ab eis semꝑ tantũ quãtum ꝛ verus locus capitis scriptus in tabularũ canone:distat a loco qui fit ex medio motu solis ꝛ argumẽto istorꝫ equato. V.Fabu le.Caput enĩ ꝛ cauda Ueneris ꝛ Mercurij in veritate non mouẽtur aliter ꝙ̃ capita ꝛ caude triũ superiorũ.Ita oẽs sentiunt:cõpositor quoqꝫ sepe dictarũ tabularũ idẽ putasse videtᷣ:quãdoqdẽ in canone suo loca capitũ vera pro Uenere ꝛ Mercurio cõscribit tãꝙ̃ imobilia. Scd̃ꝫ nugas autẽ huius boni viri caput Ueneris tãtũ ferme cõtra successionẽ signorꝫ quãtũ stella ipsa in epiciclo re spectu augis eius vere mouebitᷣ:dempta tñ inde aut ad dita nõnunꝙ̃ ipsa equatione argumẽti.Qd̃ ꝙ̃ alienuꝫ a veritate existat neminẽ ignorare arbitror.Idem deniqꝫ Mercurio accidere oportebit.Quo autẽ illud seq opor teat in figura declarabitur.Circulus.a b c.zodiacũ repre sentet:vbi.a.sit ṗncipiũ arietis.b.locus capitis Ueneris intelligaturqꝫ linea medij motus solis ad ipsum.b.pun ctum terminari dum Uenus ipsa in auge epicicli vera existit:qd̃ quidẽ possibile est:cum illi duo motus nõ ha beãt equales restitutiones.Si itaqꝫ colligimus mediũ motũ solis qui est arcus.a b.cũ argumẽto equato Uene ris:vt formã canonis sequamur:lꝫ nullꝫ sit in hoc casu tale argumẽtũ:non resultabit nisi arcus.a b.ex quo si de traxerimus verꝫ motũ capitis: nihil restabit: quãobreꝫ stella erit in nodo capitis:scilꝫ pun cto.b.Deinde trãsacto aliquãto tẽpore perue niat linea medij mot⁹ solis ad pũctũ.c.augẽ videlꝫ eccẽtrici vt faci lior sit processus:sitqꝫ arcus.c d.similis argu mento equato Uene ris. Si igitᷣ ex toto ar cu.a c d.qui cõstat ex medio solis motu ꝛ argumẽto Ue neris equato subtraxerimus arcũ.a b.capitis:relinquetᷣ arcus.b d.eq̃lis distãtie capitis ab ipsa stella iuxta men tẽ huius viri.Ponatᷣ itaqꝫ stella ꝭm verũ eius motũ in pũcto.f.ita vt arcus.c f.sit silis equationi argumẽti:que quidẽ equatio argumẽti necessario semꝑ minor est ipso argumẽto equato:sitqꝫ arcus.b e.equalis arcui.d f.atqꝫ idcirco per cõem animi conceptionẽ arcus.f b e.equalis arcui.b f d.oportebit igitᷣ caput draconis nunc esse in pũ cto.e.qd̃ prius erat in.b.pũcto.Caput ergo draconis Ue neris motũ est cõtra signorũ ordinẽ per arcũ.b e.dxiam scilꝫ argumẽti equati ꝛ equatiõis eiusdẽ argumẽti:illd̃ quidẽ in quarta parte anni solaris qd̃ est inconueniens maximũ.Sed ne totũ teramus diẽ in istis somnijs anili bus:ad sequẽs capl̃m ꝓpere trãseamus.C.Ita faciũdũ censeo.Uidistin obsecro aliquas ad Arim cõpositas ta bulas:V.Nullas vnꝙ̃ vidi:sint ne autẽ an nõ incertus sũꝫ.C.Mirãdũ tot fuisse cõpositores tabularũ(vt asse rit ille)ad Arim ꝛ nusꝙ̃ earũ offendi exempla.V.Scio ego Ptolomeũ qdẽ suas istituisse tabulas ad Alexãdriã que nõ est sub eqnoctiali sita neqꝫ media iter oriẽtem ꝛ occidẽtẽ. Albategniũ ãt ad Aratã ciuitatẽ:queadmodũ ex caplo ṗmo libri eius trahitᷣ. Sed neqꝫ Arata ipsa in medio mũdi cõsistit:cum sit oriẽtalior Alexãdria deceꝫ gradibus:latitudineqꝫ habeat ab eqnoctiali graduũ tri



ginta sex.C.Si placet audiamus opionẽꝫ huius hoĩs de varietate altitudinum solis in dorso astrolabij ꝛ in facie eius acceptarũ:ac insuper de motu augis eius.V.Audia tur.C.Quãdiu inquit sol fuerit in medietate eccentrici sui que maxime remouetᷣ a terra.s.in lõgitudine longio ri:magis eleuatᷣ allidada in dorso astrolabij in meridie ꝙ̃ gradus solis in reti positus suꝑ almicãtarath in meri die:ꝛ ecõtra fit in alia medietate eccẽtrici:ꝛ in quacũqꝫ die maior erit distãtia inter has duas altitudines:in ea dem erit sol in auge eccẽtrici in medietate prima predi cta:qa quãta est distãtia tãta est eccẽtricitas:ꝛ est duorũ graduũ fere. V.Desine desine oro tot huius hoĩs ꝓferre nugas.None si astrolabiũ rite factũ fuerit:punctus ecli ptice:retis in quo sol dicitᷣ esse tantũ ꝓportionalr̃ eleuatᷣ in linea meridiana instrumẽti:quantũ ꝛ pũctus ille cele stis qui per ṗdictũ representatᷣ in meridiano habitatio nis.C.Quid ni.V.Cẽtrũ aũt solis est in linea recta que ex cẽtro mũdi ad prefatũ ecliptice punctũ extẽditur.C. Cõfiteor.V.Oia ṽo puncta eiusdẽ linee ex cẽtro oriçõ tis ad sublime egrediẽtis:eãdẽ ab ipso oriçõte sortiuntᷣ altitudinẽ centrũ tm̃ oriçontis secluso.C.Certũ est. Nã huiusmodi linea vnicũ complectitᷣ angulũ cũ sectione cõi oriçõtis ꝛ circuli altitudinis per ipsaꝫ memorataꝫ li neã trãseuntis.V.Centrũ ergo solis eã quã pũctus ecli ptice celestis sub quo existit hẽt altitudinẽ:atqꝫ idcirco tãta est altitudo solis in veritate quãtã ostẽdit punctus eccliptice istrumẽtalis in linea meridiana.C.Nemo i ficiabitᷣ.Quecũqꝫ eni vni ꝛ eidẽ sunt equalia iter se q̃qꝫ perhibẽtur equalia.V.Sed in dorso astrolabij vera de prehẽditᷣ solis altitudo:nisi quãtũ distãtia centrorꝫ mũ di ꝛ instrumẽti:aut fractio radij solaris variari põt:quo rũ alter quidẽ pro nihilo reputãt ṗhi ꝙ terra ad orbem solis insensibilẽ ferme habeat magnitudinẽ: alterũꝫ ṽo prope insensibile esse certis ostenditᷣ rationibus.Quam obrem duas solis altitudines in dorso et facie astrolabij deprehẽsas insensibiliter differre:atqꝫ ideo tanꝙ̃ equa les haberi oportebit.C.Aperte delirantẽ hũc hoiem cõ futasti.V.Quicquid igitur littere sue reliquũ est corrue re opꝫ.Nã applicatio solis ad augem eccẽtrici sui haud quaꝙ̃ h cogsceᷣt idicio:neꝙ̃ eccẽtricitas inotesceᷣt:neqꝫ motus augis in anno perciperetᷣ:quas res doctissimũ ara bem Albategniũ h pacto animaduertisse somniat:astro labio videlꝫ tricubitali vsum vel maiores quantitatis. Sed nescio quẽ tumultũ audire videor.I obsecro visuꝫ quid rei sit:ego interea si qua deinceps notãda sint ꝙ̃to tius explorabo.C.Ibo ac iubẽs.V.Id pauculũ quod de aspectibus planetarũ sonat tãctũ paruꝫ in vsu sit hodie recte traditᷣ:presertim astro meridianũ obtinẽte:nam si in oriçonte fuerit vel per ascẽsiones obliquas vel per de scẽsiones ceteri astronomi iubẽt inuestigari aspectus.In locis ãt medijs ꝑ ascẽsiones vl̃ descẽsiones ꝓmiscuas id efficiũt.Sꝫ redit amic⁹ nr̃.Quid fit:qd agitᷣ:C.Concur ritᷣ vndiqꝫ:dñi sunt abituri.V.Et nos igitur cepto ludo modum statuentes exemplo sequamur oportet. C.Q̃ cõmode tẽpus illud nostris respõdebat colloquijs adeo vt nihil pene intentatũ reliquerimus cuꝫ nihil etiã am plius ocij supersit.V.Pleraqꝫ rem istius dicta silẽtio ṗ teriuimus nõ tãꝙ̃ oino probata:sed vel facile moderan da:vel nõ satis digna de quibus sermo haberetᷣ:qd̃ ꝛ eo cõsultius facere libuit ne aliena quelibet dicta auidius mordere ꝙ̃ veritatẽ inquirere videremur.Jam reliquũ est suũ vterqꝫ larem felix reuisat.Saluus igitur sis ami corum dulcissime.C.Et tu recte valeto.

¶Expliciunt Disputationes in Theoricas planetarum Joannis de Monteregio.

¶ Theorice noue Planetarū Georgij Purbachij Astronomi Celeberrimi cū expositione. D. Joānis Baptiste Capuani de Manfredonia Canonici regularis ordinis sci Augⁿ epi Cōgregationis Lateranē. Feliciter icipiūt.

Prologus.



Uemadmoduz inqt Aristoteles in plogo physicorū. Tunc cognoscere arbitramur vnūqdq3 cū3 causas pmas τ pma pncipia cognoscim⁹ vsq3 ad elēnta: Jn quo vult ꝙ res non possit cognosci τ sciri sine notitia cāe eius. Qđ ēt Auerrois Cōmē. ei⁹ in eodē loco affirmat duz dicit: ꝙ nō habeť notitia scietifica et completa alicuius causati: nisi per causam vel causas eius. Cuius qdez causa est: qa vnūquodq3 sicut se habet ad esse: ita se hēt ad cognosci: vt ait Phs 2° meta. qa scia est cognitio vitatis: si alio mō cognosceret res que eēt: nō esset scia: sed ignorantia error seu deceptio. Simil'r si cognosceret non eo modo quo est: nō esset pfecta scia. Sed ad eē rei causam hntis cōcurrit causa eius: qa sine causa res esse non pōt: nā causa in esse est que effectū pducit ad esse: τ qua effectus hēt esse: ideo ignorata cā alicuius causati vel causis si hēat plures causas: causatū illđ nō pōt sciri: ideo Ari. in pmo poste. diffiniendo scire inquit ꝙ scire est rez per causam cognoscere: τ hoc est scire ppriissimū τ a pori: scire vo a posteriori: τ quia est cognitio cause per effectuz. patet igiť ꝙ ois scia est cognitio cause p effectū: vel effectus per causam: τ pſequēter sine notitia cause nō diciť scia. Sciētia autē de motibus τ ceteris passionibus planetarū est multū desiderabilis: nā cū natural'r oēs hoies scire desiderent: vt ait Phs in plogo metaphysice: tanto magis scire desiderat rem aliquā: quāto illa fuerit excellentior: ideo idez Phs. 16. de aialibus vult ꝙ melius sit ac magis desiderabile parū scire de re nobiliori etiā topice: ꝙ multū ac demonstratiue de re aliq̄ viliori. Jnter oia autē corpora sunt corpora celestia excellētissima: tuz quia eterna: tum etiā qa sunt causa aliorū gñabilium τ corruptibiliū vt habeť in pmo metheoroꝝ: qre patet ꝙ scia coꝝ multū desiderať: que vt ab omnibus eam desiderantibus possit perfecte acquiri Auctor huius operis theoricarū intendit dare causas eorū que apparēt in corporibus celestibus. Quod opus nullius adhuc explanatione dilucidatū: cōspiciēs indigere vltra explanationē multarū difficultatū etiā pluriū cōclusionū pbatione τ demōstratione: strictus ac cōuictus precibus amicorum diuina grā adiutrice: intendo nō tm̄ textū exponere: sed aliqua que demōstrationē patiunť a priori τ mathematice ostendere: pncipia vo a posteriori: qa per sensus τ apparentias cōclusa sunt: veniam a lectoribus postulans: si in aliquo defecero: qa in hac scia pcipue huius opis nec pceptorē audiui: nec expositionē alioꝝ legi. Sed anteꝙ veniā ad expositionē textus: pmitteť τ declarabuntur aliqua in pncipio necia. s. intentio huius operis ac subm vtilitas: ordo ad alias partes scie astronomie: ac via doctrine. ¶ Jntentio Auctoris in hoc opere saluare apparentias: que videntur in stellis fixis ac planetis. Nā celum regulariter moueť vt ostendit Aristo. in scđo de celo: non eni est cōdecens tā nobile corpus motū ab intelligentia oīno a materia separata esse in motu irregulare τ difforme: τ qđ est causa ordinis τ regule in his inferioribus: ipsum ordinē τ regulā non seruare: naz videmus in his mobilibus hic iferius multa moueri ordinate ac regulariter a maiori corpora celestia. Et l3 Phs i prefato loco loquať τ demōstret pncipal'r de pmo mobili ꝙ scil3 moueať regulariter: tamē eius rōnes non minus verificanť τ cōcludunt de spheris planetarū ac stellaꝝ fixarū ꝙ de pmo mobili: qđ faciliter patebit si quis consideret rationes eius in loco allegato: scil3 in scđo de celo τ mūdo. Nam pma ratio eius quā facit tex. 35. est talis. Si celum moueť irregulariter: est necesse ꝙ aliquādo moueatur velociter τ aliquādo tardius: qa si hoc non esset: motus esset regularis τ vniformis: opz autē ꝙ tardet vl' velocitet motū in pncipio vel in medio vel in fine motus: in pncipio quidē velut proiecta velocitant motū: in fine vo naturalia: in medio animalia. Sed motus celi nō habet pncipium nec finem: ex quo est eternus: vt pbatum est 8ᵘᵒ physicoꝝ. qđ autē caret pncipio τ fine: caret etiaz medio: qre motus celi nō velocitať in pncipio nec in medio nec in fine: ideo cōcludiť ꝙ sit regularis: modo p3 ꝙ ratio hec vlis est: τ nō magis motū pmi mobilis ꝙ aliarū spherarū cōcludit regularē esse: ex quo fm eū ita alie sphere sūt eterne veluti pma. ¶ Scđa ratio eius in tex. 36. Omnis motus qui variatur de velocitate in tarditatem τ cōsequenter nō est regularis: causatur ex pportione variata motoris supra mobile: nam nihil potest moueri nisi a potentia maioris pportionis. Si eni potentia motiua non esset maior ꝙ resistentia mobilis: nō fieret motus vt sumiť ex septimo physicoꝝ. et pmo de celo: et quāto est maior pportio τ excessus iter potētiā τ resistētiam: tāto motus est velocior ibidem septimo physicoꝝ. Si igitur velocitať motus: crescit proportio motoris supra mobile. si vo tardať: τ illa decrescit: non pōt autē pportio augeri nisi vel pp augmentū potētie motiue: vel pter decrementū resistentie. Simil'r si pportio minuatur: oportet ꝙ fiat hoc vel pter decrementuz potentie vel pter augmentū resistentie: vt notū est. Sed potentia mouens celuz non potest augeri nec minui: ex qm̄ est substantia imaterialis imobilis τ infatigabilis vt ostenditur octauo physicorū: nec etiam celum potest variari cum non sit augmentabile: nec diminuibile: nec aliquo modo passibile vt demonstrať in pmo de celo τ mundo: igitur inter motorem et mobile in celo nunꝙ variatur proportio: ideo eius motus nunꝙ mutať a suo ordine et regula: sed semper regularis est τ vniformis: τ quia tam iter pmum mobile τ eius motorem seruatur eadem proportio ꝙ inter reliquas spheras τ earuz motores: patet ꝙ sicut hec scđa ratio cōcludit motum pmum esse regularem: ita etiam alios motus spherarum. ¶ Tertia ratio eiusdem tex. 37. Si celum non moueret regulariter: aliquando moueret tardius: τ aliquādo velocius: tarditas autē est quedam remissio motus: sed remissio prouenit ex debilitate τ impotētia: sicut patet in animalibus: que sunt res preter naturam: vt patet. Celum autem est perpetuū τ inuariabile nihil habens pternaturam: vt patet ex pmo de celo: non hēt remissionē in motu: imo motus eius est oīno regularis. Et hec ratio cōcludit vniuersaliter quēlibet motum celi esse regularē: quia sicut non est reperire preternaturam in pmo mobili: ita nec alijs spheris; quare sicut pmū mobile moueť regulariter: ita τ quelibet alia sphera celestis sine aliqua dria: l3 magis appareat regularitas in pō orbe ꝙ in residuis spherarū. Ex parte altera sensus māifestat celū moueri irregula-

riter:sicut plures astrologoꝝ ꝯsiderationes manifestāt: ꝛ ab antiquis cōprehensū est:ꝛ a nobis cōtinue depbēdit.nā Ptol.in 3° Almag.cap 4° manifestat de sole:qui sequēs ꝛ imitās ꝯsideratiōes Abrachis Astronomi dic: ꝙ mouet in medietate ȥodiaci que est ab initio Arietis ad finē Uirginis in.187.dieb⁹:ꝛ aliā medietatē que est a pncipio Libre ad finē Pisciū in.178.diebus pertrāsit: ꝛ modo cōsimili ostēdit in ceteris planetis: ecce modo ꝙ cū medietates que sunt equales ptranseant in tēporibus iequalibus:ꝙ motus est irregularis.Similr cōprehendimus in planetis tarditatē ac velocitatē velut in luna:stationes ꝛ retrogradationes ꝛ alias passiones in q̄nque residuis planetis nō ꝯuenietes eis. Ideo antiqui de his mirantes ꝛ causam ignorantes dicebant hec omnia a casu prouenire:vnde cū casuȝ et fortunā negarent esse tm̄ ea in corpibus celestibus ponebāt:vt inqt Phs scdo physi.ppter hoc ꝙ oiuȝ iferioꝝ cause erāt note:cū apparentiarū que sunt in corpibus celestibus cause sint ignote.Igit cū ratio velit ꝙ mot⁹ celi sint regulares:ꝛ tm̄ nobis apparet difformis ac irregularis:itentio Auctoris in hoc ope theoricaꝝ est apparētias saluare:ꝛ rōnibus concordare:nā cū rō cōcludat motū celi esse regularē:quem sensus manifestat irregularē:ꝛ vnū ꝛ idē nō possit eē regulare ꝛ irregulare:necium est cōfiteri planetas nō moueri vno tm̄ motu:quorū cū qlibet sit vniformis:stat tm̄ ex oib⁹ aggregatū eē difforme:vt notificat Ptol.in opere Almage.ꝛ ifra Auctor:ac oñdit sensus. Sed esse plꝛes motus i sphera celesti nō pōt:nisi hēat plures partiales orbes:qa plures accidētia eiusdē spēi(q̄les sunt motus locales ꝛ circulares ac celestes)nō pn̄t eē in eodē subto pmo:vt vult Aristo.i libro meta.ꝛ pmo de celo:vnū corpus simplex nō pōt moueri plib⁹ motibus simplicibus pmo ꝛ nāliter:q̄re si sphera hēt plures motus: opȝ dicē ꝙ hēat plures partiales orbes:qb⁹ illi motus isunt:ꝛ ex qbus aggregat sphera totalis.Est igit hui⁹ opis itētio: planetis singulis assignare orbes: qbus irregularitates motuū ꝛ alie apparētie saluent:ꝛ tales orbes talr situare:vt icōueniētia que inde seq vident destruant ꝛ eoꝝ taliter situatoꝝ motus proprios ac velocitate declare:ꝛ euidētissimis rōnibus manifestare.Et hoc vult Ptol.3° Almag.caplo 3° ppe pn̄m dū inqt. Qm̄ celū mouet regulariter:ꝛ nobis inequalis ei⁹ mot⁹ apparet: opȝ nos modū(quo saluet huiꝰ apparētia)iuenire.Ecce mō ꝙ intētio est saluare ea que in corpib⁹celestib⁹apparēt ꝛ quoꝝ cāe latent:cū orbiū ac motuū multitudine qd facit: ideȝ Ptol.ibi ꝛ in sequētib⁹ ceteris dictionib⁹. Ex quo pȝ:cū in h ope saluent apparētie in motib⁹ planetaꝝ cōprehēse:ꝙ subm eius est idem cū in libro Almag.vsqȝ ad finē in quo idē intēdit:ꝛ est corpus mobile ad vbi circa medium nō pmū inquātū mobile vlr ꝯsideratū:velut in ꝓlogo sup sphera ē expositū.nā corpus mobile ad vbi circa mediū est subm astronomie:in hoc aūt opere limitat ꝛ ꝯtrahit:iō ad dr̄iaȝ partis astrologie iudicialis est additū inquantū mobile:cū in pte iudiciali cōsideret ꝛ speculet hoc corpus nō iquātū mobile:sed iquātū effectuū est ꝓductiuū:ad dr̄iam aūt scie de motu pmi mobilis.s. ortus ꝛ occasus signoꝝ additū est nō pmū vel scdm:naȝ hic agit de corpibus que scda dici pn̄t:cū pmū sit vnum tm̄.s.pmū mobile:cui⁹ est mot⁹ vnicus ac simplicissim⁹. 3° vo additū est:vlr ꝯsideratū ad dr̄iam scie de motibus planetaꝝ que habet per tabulas multis in pticulari:vt notū est.¶ Utilitas vo ac excellētia huius opis magna est:velut in pallegato ꝓlogo exponit:vtilis qdē est:quia oīs ars ea idigeat:ꝛ scia q̄ est de reb⁹ iferiorib⁹ gn̄abilib⁹ ꝛ corruptibilib⁹:quoꝝ causa sūt corpa celestia: ꝛ scia de abstractis:ad quoꝝ notitiā pcipue per corpora celestia ꝛ mot⁹ eoꝝ peruenit.Dignitas quoqȝ eius pȝ ꝛ rōne subti qd dignissimū est itēr cetera corpora:ꝛ rōne modi demōstrandi:qui firmissimus est.s.mathematicus.Hoc auteȝ opus pars est astrologie:imo magna pars toti⁹ astronomice scie:qa remoto pmo mobili nō remanet aliud corpus celeste nisi illa de qb⁹ in hoc ope tractat.Est quoqȝ nobilis ac digna cuȝ det causas apparentiū in planetis: quas quilibet nō modicū scire ꝯsiderat. ¶ Ordo huius operis ad alias partes astronomie pȝ: nam si compareť ad partē iudicialē est por:sicut tota pars theoricalis por est q̄ iudicialis:qa ab ea presupponit:sed iter sciaȝ theoricalem est scda pars:qa notitia de pmo mobili tanq̄ de subto digniori ꝛ cā pcedit istā:que est de motibus planetarū ꝛ octaue sphere:iō hec scia sequit illā:qa cuȝ octaua sphera ꝛ planete moueant ad motū pmi mobilis:opȝ pmo scire motū pmi mobilis:q vult hēre notitiā pfectaȝ de motibus planetaꝝ:ꝛ ideo Ptol.prius egit de motu p in pma ꝛ scda Almage.q̄ de motibus aliorum in alȳs:ꝛ opus sphericū in quo pncipalr agit de motu pmi pcedit hoc opus theoricarū planetarū.¶ Sed sciēdū est ꝙ notitia de motu pmi mobilis est duplex vl duplr tradit in vniuersali ꝛ particulari seu tabulari. Similr notitia de motibus planetaꝝ ꝛ octaue sphere tradit in vli ꝛ in particulari in tabulis:ꝛ hoc modo sunt due ptes pncipales astronomie theoricalis:ꝛ pma siue accipiatur in vniuersali seu in particulari precedit scdam: lȝ in singulis sciētia magis vniuersalis precedat scientiaȝ minus vniuersalem:vt patet. ¶ Uie doctrine quibus iceditur in hac scia sunt duplices.scilicet signi: qua ostēduntur ea que sunt velut principia in hac scia:nam per apparētias motuum cōcludunt eccentrici ꝛ epicicli:viso enim ꝛ ꝯsiderato motu alicuius planete ac apparentȳs reliqs demōstratiue ac necio in eo cōcludit eccētricus vel epiciclus vt ifra patebit:cuius demōstratiōis pn̄m est sensus ꝛ effectus sensibilis.s.motus:ceu pȝ in processu libri Almage. vbi Ptol.anteq̄ ponat eccētricū vel epiciclū in quodaȝ planeta:declarat motū eius pluribus ꝛ diuersis cōsiderationibus per plures ꝛ varios astrologos ac diuersis tēporibus comprehensum. Sunt etiā ꝛ genera demōstrationum simplr ac mathematicarū:quibus ex principȳs et apparentȳs demonstratiue concluditur ordo situs et dispositio orbium ꝛ planetarum.

¶ De sole.



SOl habet tres orbes a se inuicem omniquaqȝ diuisos atqȝ sibi contiguos.Quoꝝ supremus sm superficiem cōuexā est mundo cōcentricus:sm ꝯcauā aūt eccētricus. Infimus vo sm ꝯcauā ꝯcentricus:sed sm ꝯuexā eccentricus.Tertius aūt in horū medio locatus tā sm superficiem suam conuexā q̄ concauam est mūdo eccentricus.Dicit autē mundo ꝯcentricus orbis:cuius centrū est cētrū mūdi. Eccētricus vo cui⁹ cētꝝ est aliō a cētro mūdi.



Opus hoc(in quo Auctor intēdit apparētias saluare vt dictū est)pncipali diuisione diuidit in duas partes:in quaꝝ pria Auctor agit de motib⁹ planetaꝝ ac reliqs accidentibus: ꝛ eoꝝ saluat apparētias.in scda vo de octaua

sphera

sphera ꝛ motu ei⁹:eo magis ꝙ motu octaue sphere mouent auges oīum planetaꝝ preter aux lune.ibi[Octaue sphere.]scilʒ circa finē operis.Determinando igit̄ de accidentib⁹ ꝛ passionibus planetarū duo facit:qa duplices sunt eoꝝ passiones:quedā enī sūt passiones pmarie:que scilʒ fluunt imediate a pncipijs applicatis ipsis orbibus planetaꝝ:que sunt motus:motus enī imediate causatur in mobili a motore:qdaʒ vo sūt passiones scdarie:que.s. causant̄ in eis mediante motu:vt patebit:igit̄ p̄ exequit̄ de passionib⁹ pmarijs.s.motib⁹ planetaꝝ.scdo vo de secundarijs.ibi[Planeta dr directus.]Circa pmū itēꝝ qnque facit fm ꝙ qnque theoricas ponit.pma est in q̄ agit de motu solis.in 2ª de motu lune.ibi[Luna hēt orbes.] in 3ª de motibus triū planetarū superioꝝ.s.Saturni Jouis ac Martis.ibi[Quilibet trium superioꝝ.]in 4ª de motu Ueneris.ibi[Uenus hēt orbes.]5° de motu Mercurij.ibi[Mercurius hēt orbes qnque.] ¶ Dubitat̄ circa istū ordinē:videt̄ enī ꝙ debuerit fuare ordinē in scia quē hñt in celo ipsi planete:sed i celo est duplex ordo.pmus quo ad nāʒ:quo planeta quāto supior: tāto est ṗor: ꝛ hoc modo Saturn⁹ est pmus ꝛ vltia ꝛ ifima luna.scds ordo quo ad nos:quo ille planeta est ṗor qui nobis ꝓpinquior:ꝛ tali ordine luna est ṗor:ꝛ Saturnus vltim⁹:cū g̃ sol neutro istoꝝ ordinum sit ṗor:imo quartus quocūqꝫ mō fiat nūeratio: videt̄ ꝙ male icepit a theorica solis. ¶ Respōdet̄ Auctorē rōnabilē ordinē seruasse. Cuius ordinis duplex est rō.pma:qa oīs notitia incboari debet a faciliorib⁹ nobis p̄ phy.ꝛ 5° meta.pn̄ᵐ enīʒ est ex quo quis facilr̄ addiscit.Sʒ theorica solis iter ceteras est facilima:qa sol hēt orbes pauciores:ꝛ ꝯñter paucioꝛib⁹ motibus mouet̄:qd facili⁹ est:nā pluralitas orbiū ac motuū diuersitas agit difficultatē in scia de motib⁹ planetaruʒ: vt patebit. ¶ Scdo hec theorica solis est facilior:qa nō presupponit notitiā alioꝝ planetaꝝ:sic̄ sol nō mouet̄ ad motū illoꝝ:nec ab illis dirigit̄ ꝛ regulatur:sed theorice alioꝝ depēdēt ex theorica solis:sicut motus illoꝝ regulant̄ a sole:nā deferētes augē lune mouent̄ per distātiā ꝛ ꝓpinqtatē ad solem. Silr̄ tres superiores regulant̄ a sole quo ad motū epicicli.Uenus hēt mediū motū cum solis medio motu.Similr̄ ꝛ augē cū auge solis. Mercurius quoqꝫ hēt simul mediū motū cū medio motu solis ideo in tabulari opatione nullius planete motus vel verus locus ṗōt inueniri:nisi p̄us habeat̄ medius mot⁹ solis:cū igit̄ oēs planete dependent a sole quo ad motum: patet ꝙ non ṗōt eoꝝ perfecta theoricalis notitia haberi nisi post habitā notitiā theoricaleʒ de sole: ideo merito Auctor incipit a sole. ¶ Scda rō:qa a nobilioribus est incboandū ceteris paribus:nobiliora nāqꝫ priora:ꝛ nobiliora debēt antecedere in doctrina:nisi sit aliqd ꝓhibēs. Sol aūt inter cetera astra nō tm̄ planetas:sed etiaʒ fixa est excellentissimus:pmo rōne Auctoris:qa agit ipse solus plusq̄ qdcūqꝫ aliud astrū in hec iferiora:nō tantū in fluētia:sed sensibilr̄ motu ꝛ lumine in aerē calefaciēdo per accessum ꝛ frigefaciēdo per recessuʒ:in tēpus ipsum distinguēdo:per motū in zodiaco causat annū:per motū in quatuor q̄rtas zodiaci causat q̄tuor tēpora anni q̄ sūt Uer Estas Autūnus ꝛ Hyems:per motū in.12.signis zodiaci diuidit annum in.12.mēses:per motū diurnū causat diē naturalē:per motū supra horizontem causat dieʒ artificialem:per motum sub horizōte causat noctem:in metalla:nā eoꝝ quedaʒ solis absentia coagulant̄: ꝛ aliq̄ ei⁹ p̄ntia gignunt̄:Jn herbis que solis accessu gñant̄ ac recessu corrūpunt̄.Jn hoīes quoqꝫ ꝛ cetera aīalia:qa sole oriente hec oriunt̄ ac surgunt:ascendēte ꝓgrediuntur: descendēte minuunt̄:ꝛ occidente reuertunt̄:vt vult Albumasar pma itroductoꝛij diīa cap̄ p̄.Et nō tm̄ agit in iferiora:sed etiā in supiora:qb⁹ dat lumē:velut apparet in luna:que ꝙ recipiat lumen a sole manifestat eclipsis eius:in qua ipedit̄ ne a sole recipiat lumē:etiaʒ a sole regulant̄ in motu vt dictū est:ideo optime dicit Haliabē ragel in pma pte iudicioꝝ caplo de sole.Sol est melior ꝛ nobilior oīb⁹ planetis ꝛ altior in nobilitate : qa nā sua operat̄ i oēs nās:ꝛ in eo nulla.sol igit̄ est nobilior stellis reliqs rōne actionis. ¶ Scdo rōne magnitudinis : quia maior est qualibet alia stella:nā sol ꝯtinet terrā.167.vicibus:vt vult Alphagra.Stelle tñ p̄me magnitudinis q̄ sequunt̄ solē nec.100.vicib⁹ terrā cōtinet:vt ideʒ inquit. Quāto aūt aliqd est maius:tāto vigorosius : q̄re sol perfectior est q̄libet alia stella. ¶ 3° rōne loci.nā quāto loc⁹ est nobilior:tāto ꝛ locatū nobilius vt accipi ṗōt ex p̄ ꝛ 3° celi:locus enī ꝓportionari debet locato. Locus autē solis nobilior est:qa medius tres planetas hʒ supra et tres infra se:ipse auteʒ tanq̄ rex positus est in medio: vnde Hali.in pallegato loco.Locus solis q̄rtus est ac medius inter loca planetarū:sicut rex sapiēs qui ponit sedē suaʒ in medio regni sui:vt possit oīa latera attingere:ꝛ subdit ꝙ ipse sol regit ꝛ dispensat v̄tutes planetis maxime p lumē:qd oīa sidera ab eo accipiūt:iō subdit.Dedit Marti suā militiā:qa est prope eū:sic miles prope dñum.naʒ Mars est dux militie eius:dedit iudicia ꝛ magnanimitatē Joui:dedit Saturno ꝯsiliū:vt esset eius secretarius dedit Ueneri ptātē dispēsandi ꝛ distribuēdi:dedit Mercurio scribaniā:vt esset regis Cancellarius.fecit quoqꝫ vt Luna esset eius nūtius.nā ꝑꝑ ei⁹ motū defert v̄tutes planetaꝝ.Ecce mō quāta est solis excellētia:q̄re merito scia theoricalis de motu ei⁹ dʒ p̄cedere theoricas alioꝝ ꝑꝑ q̄s cās Ptol.postea q̄ in p̄ª ꝛ scda dictione Almage. determinauit de pncipijs Astronomie ꝛ motu pmi mobilis:volēdo determinare de motib⁹ planetaꝝ icipit in tertia dictiōe agere de sole:ꝛ de h̄ assignat cām in p̄ cap̄ eiusdē:qa ignorato motu solis:nulli⁹ planete poterit sciri mot⁹:sic̄ dictū est in pma rōne. ¶ Ad argᵐ in oppositū respondet̄:ꝙ in determinādo de motib⁹ planetaꝝ nō cōsiderat̄ ordo situs.s.qs sit ṗor ordine nāe vł q̄ ad nos:qa h̄ nihil facit ad doctrinā:sʒ cui⁹ notitia facilior ꝛ ab alijs supponēda:ꝛ qs etiā nobilior:q̄ magis ꝓmouēt ad h̄ vt notitia ei⁹ p̄ponat̄ q̄ ordo situs:ꝛ qa hec in solē reperiūtur:merito ab eo incboat̄ notitia.Determinādo igit̄ de sole duo facit.nā p̄ declat theorice orbes solis ac illoruʒ motus.scdo dat cāʒ tabularis opationis pro vero motu solis iueniēdo:ꝛ declarat terminos qbus in p̄fata operatione vtunt̄.ibi[Linea medij motus.]Prima pars adhuc diuiditur in duas:qa in pma exponit numerū ꝛ situ orbium quibus defert̄ sol.scdo vo orbium illoꝝ motus declarat.ibi[Mouent̄ auteʒ.]Circa primam duo facit: qa primo declarat orbium situm.scdo vo noīa eoruʒ.ibi [Duo itaqꝫ primi.]Dicit itaqꝫ pmo ꝙ sol habet tres orbes partiales:ex quoꝝ motibus fit motus qui in sole apparet:qui qm̄ habent diuersos motus:non sunt cōtinui: quia continuū est:cuius motus est vnus qnto metaphy. sed sunt ꝯtigui:qa se tangunt fm extremas superficies: quia si ille superficies non essent simul:sed distarent:tūc inter eas esset vacuum:vnde patet ꝙ cōcauū superioris tangit conuexū orbis inferioris. ¶ Sed dubitat̄ contra hec dicta:si enim Sol habet tres orbes:cum sint sex orbes aliorum planetarū:sequitur ꝙ sphere planetarū sūt nouem:qd est cōtra sententiā Ptolomei in libro Almagesti:Alphagra.et Auctoris sphere:et breuiter omnium Astrologoruʒ:qui dicunt ꝙ orbes planetaruʒ sunt septē ꝛ non nouem:quare sol habet vnum tm̄ orbē:ꝛ non tres.

¶ Respondetur: ꝙ orbis accipitur duobus modis: vno quidē modo pro aggregato pluriū orbiū partialium ad finem vnū ordinatorū. s. ad mouendū planetā: quo mō dicim⁹ esse septē orbes vel spheras planetaꝝ: ex quo sūt septē planete: q̄a lʒ q̄libet planeta hēat plēs orbes: tamē illoꝝ oīū aggregatū sumit̄ ꝓ vno ab vno fine quē hʒ ⁊ ad quē ordinat̄: ⁊ h̄ mō ēt tres orbes solis dñr vn⁹ orbis q̄a ordinant̄ ad eūdē motū solis. Scd̄o mō sumit̄ orbis pro corꝑe rotūdo ꝑfecte spherico ab oī alio corpore diuiso hn̄te motū distinctū ab omni alio corꝑe: ⁊ hoc modo sumendo orbē dico ꝙ sunt plures q̄ȝ septē: q̄a s̄m Ph̄m 12° meta. tex. 44. sunt. 47. vel. 55. sed s̄m moderniores Astrologos precipue Ptol. in libro Almage. sunt. 30. q̄rū plures faciunt vnā spherā: ex quo hn̄t vnū finē. s. motū vnius planete: ⁊ q̄m sol mouet̄ ex tribus orbibus partialibus: optime dicit̄ Auctor ꝙ sol hēt tres orbes. ¶ Et est aduertendū ꝙ nō distinguēdo inter orbē ⁊ spherā orbis est corpus vnica tm̄ superficie cōuexa terminatū habēs in medio cētrū a quo oēs linee ad circūferētiā ducte sūt equales: per hoc qd̄ dr̄ corpus. i. figura corporea: differt a figuris superficialibus: per hoc aūt qd̄ dr̄ vnica supꝑficie cōtentū differt a corꝑibus plurirū supꝑficierū qualia sūt pyramidalia cubica ⁊c̄. Tertio ad dr̄iam corpoꝝ rotundoꝝ irregulariū: qualia sunt oualia lenticularia ⁊ reliq̄ (que etsi cōtineant̄ vnica supꝑficie: non tn̄ regulari) additū est: hn̄s in medio cētrū a quo oēs linee ducte ad cētrū sunt equales: quale est corpus celeste: qd̄ est perfecte sphericitatis: dicit̄ aūt superficie cōuexa: q̄m ab illa denoiat̄ figura: si eni supꝑficies extrīseca sit rotūda: corpus dicit̄ rotundū: cuiuscūq̧ figure sit supꝑficies intrinseca ꝙ si itrinseca sit rotunda: nō aūt extrinseca: nō ꝓpter h̄ dicit̄ corpus rotūdū. Orbis aūt vel est oīno solidus vsq̧ ad cētrū nihil intra se cōtinēs: qui ꝯtinet̄ tm̄ vnica supꝑficie exteriori: que dr̄ cōuexa. Si v̄o nō est oīno solidus: sʒ intra se cōtineat corpus alterius nāe: tūc hēt duas supꝑficies. s. intrinsecā ⁊ extrinsecā: intrinseca q̄dē dr̄ cōcaua: extrīseca v̄o ꝯuexa: mō q̄a oīa corꝑa celestia hn̄t vtrāq̧ superficiē. s. cōuexā: q̄a ab alio ꝯtinent̄: vl̄ q̄a sūt terminata: simil̄r ꝯcauā: q̄a cōtinēt corpus aliud intra se: etiā oīa elemēta p̄ter terrā hn̄t ambas supꝑficies: q̄re tres orbes solis quas ponit Auctor hn̄t vtrāq̧ supꝑficiē: iō eos situat s̄m ambas superficies. Pro quoꝝ descriptione ac situ sit. a. centrū mundi: ⁊. b. aliud centrū distās a p̄: tunc posito pede circini imobili in puncto. a. circulus. c d. desīgnet̄: iterū supꝑ pūcto. b. circulus. e f. minorē ⁊ interiorē: totū spatiū inter hos duos circulos inclusus est orbis supremus cuius superior est cōuexa supꝑficies. c d. cōcētrica est hoc est idem hn̄s centrū qd̄ centrū mundi: q̄a eius centrū est. a. sed eius supꝑficies iterior ac cōcaua est eccentrica: q̄a centrū eius est. b. aliud a cētro mūdi. Scd̄o eiusdem circini pes imobilis ponat̄ in. b. ⁊ lineetur circulus adhuc minor. g h. ⁊ supra pūcto. a. ali⁹ circulus adhuc minor. i k. inter quos spatiū inclusū est orbis infimus: cui⁹ supꝑficies cōcaua. i k. est cōcētrica: sed. g h. ꝯuexa est eccētrica: ⁊ hi duo orbes inequalē hn̄t spissitudinē: q̄a supꝑmi pars. d f. est grossior reliqua parte. c e. sed ifimi pars. g i. est etiā grossior parte. k h. vt presens figura ōndit. Tertio supꝑficies. g f. supremi cōcaua: ⁊. g h. cōuexa infima īcludūt spatiū representās orbē tertiū in medio vtriusq̧ locatū: cuius ambe supꝑficies sunt eccentrice: q̄a supꝑ punctū. b. descripte: ⁊ hunc circulū noiat Auctor tertiū nō in situ: q̄a potius est secūdus ⁊ medius iter duos dictos: sʒ est tertius ordine narrationis: q̄a de eo tertio loco locut⁹ est. Circulus itaq̧ cōcētricus est circulus cuius cētrū est centrū mūdi. i. centrū mūdi est centrū eius: dictus a con qd̄ est simul ⁊ cētrū: quasi circulus cuius centrū est siml̄ cū centro mūdi. Eccētricus v̄o circulus est: cuius cētrū aliud est a cētro mūdi: ⁊ dr̄ ab ex qd̄ est extra ⁊ centrum: q̄si circulus cuius centrū est extra cētrū mūdi. ¶ Dubitat̄: q̄re hic noiamus circulos eccētricū cū sint orbes: vt dictū est: ꝙ sol hēt tres orbes: orbis aūt est corpus: vt diffinitū est: qd̄ etiā pʒ: q̄a sol defert̄ in altero istorū et cum alijs mouet̄: nō posset aūt deferri nisi eēt corp⁹: circulus autē est linea vel supꝑficies p̄ Euclidis. ¶ Respondet̄ ꝙ hoc qd̄ dicit̄ cōcentricū vel eccētricū vel dicit̄ de orbe q̄ hēt ꝓfunditatē: ⁊ terminat̄ duab⁹ supꝑficieb⁹ de q̄b⁹ mō locuti sum⁹: ⁊ hoc mō est orbis corp⁹ in quo mouet̄ planeta: q̊ mō accepit Auctor: dū dixit: ꝙ sol hēt tres orbes. Alio mō pōt accipi pro quadā linea imaginata describi a centro solis vel cētro epicicli alicuius planete in reuolutione cōpleta: ⁊ talis dr̄ circulus: ꝯcētricus q̄dē si imaginet̄ describi supꝑ centrū mūdi: eccētricus v̄o si supꝑ alio.

¶ Duo itaq̧ primi sunt eccētrici s̄m quid: ⁊ vocant̄ orbes augem solis deferētes. Ad motum eni eorū aux solis variat̄. Tertius v̄o est eccētric⁹ simpl̄r: ⁊ vocat̄ orbis solē deferētes. Ad motū eni eius corpus solare infixū sibi mouetur. Hi tres orbes duo centra tenēt. Nā superficies cōuexa supremi ⁊ cōcaua infimi idem cētrum habēt: qd̄ est mundi centrū. Unde tota sphera Solis sicut ⁊ alterius cuiuscūq̧ planete tota sphera cōcentrica mūdo dicit̄ esse. Sed superficies cōcaua supremi atq̧ conuexa infimi vna cum vtrisq̧ superficiebus medij vnū aliud (qd̄ centrū eccentrici dicitur) habent.

¶ Exponit hic noīa ac ꝓprietates dictoꝝ orbiū: vn̄ dicit ꝙ duo p̄mi. i. p̄mo dicti. s. orbis suprem⁹ ⁊ ifim⁹ sunt eccētrici nō simpl̄r: sed tm̄ s̄m q̄d. Cuius ratio est: q̄a cōcētricitas vel eccētricitas attendit̄ penes supꝑficies terminātes orbē: cū orbis (vt dictū est) hēat duas supꝑficies terminātes eū. s. cōcauā ⁊ ꝯuexā. igit̄ orbis q̄ est eccētricus nō s̄m ambas supꝑficies: sʒ solū ꝑ vnā dr̄ eccētric⁹ nō simpl̄r: sʒ s̄ʒ q̄d: nō s̄ʒ oēs supꝑficies: sʒ solū ꝑ aliquā. Nō āt dicti orbes cū hēant eoꝝ singl̄i duas supꝑficies: nō st ambe eccētrice: sʒ vna ꝯcētrica vt patuit: nā supꝑficies ꝯuexa supremi est cōcentrica: lʒ cōcaua sit eccētrica: ecōtra ifimi ꝯuexa est eccētrica ⁊ ꝯcaua cōcentrica. Et noīatur duo orbes augē solis deferētes: nā q̄m circulus existens in medio eoꝝ: quē Auctor noīat tertiū nō est descriptus s̄m aliquā sui supꝑficiē in cētro mūdi. a. sequit̄ ꝙ nō equidistat ab eodē centro. a. nā si eq̄distaret: tūc pūctus. a. eēt cētrū eius per diffinitionē circuli in p̄mo Euclidis: q̄re dat̄ pūctus a cētro. a. maxie distans: qui est punctus. g. in parte grossa infimi orbis: vt infra ostendet̄: q̄re ille punctus. g. dr̄ latine aux solis: qd̄ sonat latine maxima eleuatio vel remotio a cētro terre. a. in q̄ auge cū fuerit sol est maxime eleuatus: qui quidē punctus augis: q̄a semꝑ est in. g. ꝑte grossa ifimi ⁊ subtili supꝑma: s̄ʒ ꝙ he ꝑtes sūt in diuersis locis zodiaci: ⁊ aux simil̄r: ⁊ ad motū illoꝝ mouet̄ ⁊ variat̄: ideo illi orbes dicunt̄ deferentes augē solis. Tertius autē orbis. i. medius ⁊ tertio loco dictus est simpl̄r eccentricus: q̄a est talis s̄m oēs superficies vt dictū est non tātū per alterā: quod aūt alicui cōpetit ꝑ eē sui cōpetit simpl̄r: ideo simpl̄r orbis hic medius dicitur eccentricus. Et q̄a corpus solare est infixus in hoc orbe: imo est pars eius densior cōtinuata cū eo sicut nodus in

tabula

tabula:cū nō moueat̄ nisi hoc orbe moto:est dict⁹ orbis deferens solē vel solis. Patet igit̄ ex dictis ꝙ horū triū orbium sunt duo centra:q̄a infimi sup̄ficies cōcaua que est.i k.⁊ cōuexa supremi que est.c d.hn̄t idē centrū.A.cē trū.s.mūdi:⁊ q̄a inter has duas sup̄ficies cōtinet̄ ac ter/minat̄ totū aggregatū ex trib⁹ orbib⁹ solis:seq̄t̄ ꝙ tota sphera solis que aggregat̄ ex dictis tribus orbib⁹ est mū do cōcentrica. Simil'r tota sphera cuiuslibet planete est mūdo cōcentrica:q̄a quelibet earū simili modo disponi tur sicut sphera solis:vt infra videbit̄. Sed supremi su/perficies.e f.cōcaua ac medų cōuexa: sil'r sup̄ficies.g h. īfimi cōuexa:⁊ medų cōcaua hn̄t centrū aliud:scilȝ.b.q̄/re oēs he q̄tuor superficies sunt eccētrice. ¶ Est aduer/tendū p̄mo sicut dictū est:ꝙ hi tres orbes nō sunt cōti/nui sed cōtigui:cōtigua autē hn̄t diuersa vltima:sed tm̄ simul:vt pȝ 5⁰ phy.q̄re pȝ ꝙ non sunt eadē vltima horū orbiū:ideo per sup̄ficiē.e f.itelligunt̄ due sup̄ficies.s.cō caua supremi ⁊ ꝯuexa ifimi:simil'r per superficiem.g h. imaginari debet ambas superficies orbiū. ¶ Scdo est sciendū ꝙ duo orbes p̄mi.i.extremi dicunt̄ eccētrici sȝ q̄d:q̄a sm alterā sup̄ficiē tm̄:nā cū sint inequalis spissi/tudis:sup̄ficies coꝝ nō equal'r distāt adiuicē.s.sup̄ficies ꝯcaua ⁊ ꝯuexa eiusdē orbis:iō nō hn̄t idē cētrū:q̄a duo circuli descripti sup eodē centro sunt iter se eq̄distantes: q̄re pȝ ꝙ coꝝ orbiū altera sup̄ficies est descripta sup cē tro mūdi:⁊ altera super cētro eccentrici:ideo dn̄r eccen/trici sm quid:sed tertius inter hos locatus est eq̄lis spis situdinis:ideo eius cōcaua sup̄ficies ac cōuexa sūt eq̄di/stantes:ideo ambe hn̄t idē centrū eccētrici:ideo orbis il le dicit̄ eccentricus simpl'r. ¶ Qm̄ apud Astrologos est quasi cōis cōceptio ⁊ p̄ncipium:ꝙ in orbibus celestibus dant̄ eccentrici:q̄bus fere omnes planetarū saluāt appa rentias sine quibus videt̄ apparētias saluari non posse: est hic videndū an sit verum hoc:⁊ quibus rōnibus mo/uent̄ Astronomi ad eccētricos affirmādū. Sed q2 absq3 dubitatione q̄rētes siles sunt quo opȝ ire ignorātib⁹:vt ingt Phs 3⁰ meta.tex.p̄.opȝ videre rōnes alioꝝ eccentri cos orbes negantiū:vt ex illarū cōfutatione v̄itas meli⁹ ac clarius pateat:nā potior iuestigatio p̄oꝝ est solo dubi tatoꝝ:vt in codē 3⁰ meta.tex.eodē. Auerrois cū suis seq̄ cibus vult oīno cōfutare ponētes orbes eccentricos:q̄ in diuersis locis sui cōmēti facit nōnullas rōnes:que dictꝭ ⁊ auctoritate Aristo.vident̄ fortificare. Prima rō Auer rois p̄mo celi cōmento 5⁰. Motus nāq3 simplex:triplex est.s.a medio ad mediū ⁊ circa mediuȝ:vt ingt ibi Phs: corp⁹ celeste mouet̄ circa mediū tm̄:nō aūt a medio nec ad mediū:sed in eccētrico aliq̄s pūctus signatus.v̄.g.sol mouet̄ a medio ⁊ ad mediū:nā cū eccētric⁹ nō eq̄distet a cētro mūdi:vt notū est:opȝ ꝙ vna pars magis distans altera:q̄re qn̄ sol mouet̄ ad p̄tē magis distantē:mouet̄ a medio recedendo:qn̄ v̄o mouet ad p̄tē ꝓpingorē centro mouet̄ ad mediuȝ. Qd̄ pȝ in hac figura in q̄ p̄s.c.magis distat a centro mūdi.a.q̄ȝ pars.d.cū ambe equidistent a centro eccētrici.b.q̄re linea.a b c.que ducit̄ ad pūctū au/gis remotissimū longior est q̄ȝ linea.a d.que est oppositi augis:vt infra ostendet̄:q̄re sequit̄ ꝙ duȝ sol exn̄s in.d. mouet̄ in.c.elongat̄ a centro mūdi:⁊ ꝯn̄ter mouet̄ a me dio. Ecōtra dū est in.c.⁊ mouet̄ in.d.appropinquat eidē centro:ideo mouet̄ ad mediū:que inconueniētia sūt:nō igit̄ dant̄ eccētrici. ¶ Cōfirmat̄.oē qd̄ mouet̄ a medio est leue:⁊ qd̄ mouet̄ ad mediū est graue:vt ibidē inquit Phs. Sed corpa celestia nō sunt grauia nec leuia:vt ꝓ/bat Phs p̄ de celo tex.18.q̄re nō mouent̄ ad mediū nec a medio:⁊ ꝯn̄r nō dant̄ eccētrici. ¶ Scd̄a rō Auerrois scd̄o de celo cō.32.est. Celū est corpus p̄fecte sphericū:vt ibi demōstrat Ari.sȝ duo orbes extremi qui dicūt̄ eccē/trici sm quid ⁊ augē deferētes:q̄ ponunt̄ ꝓpter eccētri/cū simpl'r:nō hn̄t p̄fectā sphericitatē:nā pars.d c.orbis supremi est grossior q̄ȝ pars eius.c.sil'r pars.c i.ifimi or/bis est etiā grossior q̄ȝ pars.d.cū igit̄ nō hēant equalem spissitudinē:nec ꝯn̄ter p̄fectā sphericitatē:qd̄ iconuenit de talib⁹ corpibus dicere.nō igit̄ dant̄ orbes deferentes augē:nec ꝯn̄ter eccētrici. ¶ Tertia rō in codeȝ loco. Si darent̄ eccētrici:sequeret̄ vacuū vel fluxus corpoꝝ vel rarefactio corpoꝝ penetratio vel scissio vel ꝯdēsatio.ꝓ/bat ꝯn̄tia.nā orbes augē deferētes exq̄ sūt corpa nālia: opȝ ꝙ nāl'r hēant motū:q̄re al'r essent frustra:qd̄ falsū ē: ⁊ ꝯ Phm p̄ de celo:q̄a deus ⁊ nā nihil frustra facit:opor/tet igit̄ ꝙ illi orbes moueant̄ circa cētrū mūdi:⁊ in mo tu p̄s vni⁹ subtilis.v̄.g.pars ifimi subtilis.d.veniet vbi p̄us erat pars grossa.c i.eiusdē:⁊ cū nō possit implere to/tū spatiū.c i.dabit̄ aliq̄ p̄s spatų sine corpe:q̄re vacuuȝ: qd̄ improbat̄ 4⁰ phy.nā vacuū est spatiū sine corpore vt habet̄ in eodē 4⁰:vł est nece ꝙ sit aliqd̄ corp⁹ fluens de nā celi iplens illud vacuū:qd̄ 2⁰ de celo ēt improbat̄:vł tertio ꝙ p̄s.d.si debeat iplere totū locū.c i.rarefiat:quod improbat̄ in p̄ de celo ⁊ mūdo.nā corpora celestia nō al/terant̄ nec augent̄. Simil'r p̄s grossa.c i.veniet in motu ī locū.d.⁊ cū nō possit capi ī illo p̄uo loco vł penetrabit orbē supiorē:⁊ tūc erūt duo corpa sil' in loco:qd̄ iprobat̄ in 4⁰ phy.vł scidet spherā supiorē:qd̄ est ipole:vt pȝ 2⁰ de celo:q̄a qd̄ didi pōt:pōt ēt corrūpi.vł 3⁰ p̄s illa grossa c i.vt possit recipi in loco.d.p̄uo dēsabit̄:qd̄ iprobat̄ in p̄ de celo:q̄a celū nō alterat̄ nec minuit̄. ¶ 4ᵃ rō eiusdeȝ Auer.in eodē 2⁰ de celo com.35. Illud qd̄ cāt̄ pp motus pl'alitatē:nō cāt̄ pp orbes eccētricos:meli⁹ est enī multi plicare mot⁹ ⁊ orbes q̄ȝ ponē orbes eccētricos vt liquet: sȝ irregularitas mot⁹ planetaꝝ ꝓuenit ꝓpter m'ltitudi nē motuū vt ingt Phs ibidē:nā volēs ꝓbare regularita tē mot⁹ celestis ingt ꝙ maxie loq̄t̄ de p̄ motu vel de mo tu p̄mi mobilis:q̄a sphere planetaꝝ pp pluralitatē mo/tuū irregulariter moueri vident̄:ecce mō ꝙ Phs ibi sal uat ea q̄ apparēt p orbiū pl'alitatē:⁊ nō p orbes eccentri cos:ponere ḡ eccētricos ꝯdicit Pho. ¶ 5ᵃ rō in eodē cō mēto. Idē est locus totius ⁊ p̄tis 3⁰ ⁊ 4⁰ phy.⁊ p̄ ⁊ 4⁰ de celo ⁊ mūdo. Locus aūt celi ē cētrū:vt vult ipe 4⁰ phy. com.43.idē igit̄ cētrū qd̄ est cētrū mūdi est cētrū oīum spheraꝝ:nō ḡ dant̄ plura cētra:nec ꝯn̄ter orbes eccētri/ci:q̄a dicē ꝙ cētrū mūdi sit cētrū eccētrici iplicat. ¶ 6ᵃ rō in eodē libro com.62. Quāto sphera magis distat a p̄ p̄n⁰:tāto pl'ib⁹ motib⁹ ⁊ actionib⁹ mouet̄:vt suā p̄fectio/nē adipiscat̄ vel ꝯseruet:vt vult ibi Phs:sȝ sol magis di stat a supmo ente q̄ȝ tres supiores.s. Mars Juppiter ac Saturnus:⁊ tm̄ sm Ptolo^m in libro Almag.⁊ in hoc ope mouet̄ paucorib⁹ motib⁹ q̄ȝ illi:q̄re cū eccētricis saluā/tes apparētias sunt ꝯrų v̄itati. ¶ 7ᵃ rō eiusdē in codem 2⁰ de celo com.35.⁊.12.meta.cō.45. Si est orbis eccētri/cus:est aliud cētrū a cētro mūdi:supra quo mouet̄ eccen tricus:imo quot sunt eccētrici:tot sūt cētra diuersa a cē/tro terre. Sed in oī cētro est terra q̄escēs supra q̄ mouet̄ orbis:q̄a oē motū indiget q̄escēte:vt ait Phs in libro de motib⁹ aīaliū.ḡ quot sūt eccētrici ⁊ cētra coꝝ:tot sūt ter re diuerse:sȝ m'tiplicato vno ꝯrioꝝ m'tiplicat̄ reliquū scd̄o de celo:terra ⁊ ignis sūt ꝯrų.igit̄ erūt tot ignes:⁊ cō sequēter tot media el'nta:vt ifert Ari.in 2⁰ de celo. Mul tiplicatis aūt corporib⁹ celestib⁹ ac el'ntis multiplicant̄ mūdi:q̄a hec corpora integrant mundū vt pȝ in p̄mo de celo:quare si eēnt orbes eccentrici essent plures mundi. imo quot orbes eccentrici tot mundi vltra istū modum: qd̄ improbat Ari.in p̄ de celo:nō igit̄ dantur eccentrici.

¶ Octaua ratio sc͠do de celo com̃.32.ac.12.meta.cõ.45.
Si darent̃ circuli eccentrici:darent̃ etiã orbes ĩequalis
spissitudinis:qui noĩati sũt d̃ferẽtes augẽ.q̃re cũ ps sub/
tilis vnius venerit in locũ ꝑtis grosse:cũ nõ possit totuꝫ
locũ illũ implere:opꝫ dari q̃dã corpuscula subtilia aerea
tm̃ ad implẽdũ vacuũ imaginata:iõ cũ nõ hẽant ꝓpriũ
cta est. Et dicit argumēti qa per verū argumētū reperit imediate. Nā argumēto vero existēte nullo quo fit ꝙ luna sit in auge epici. vera: vel dimidium est sex signorum: eandem in opposito augis existere denotante: equatio nulla est argumenti: nam cum linea que transit per centrum epicicli a cētro terre per augē epicicli verā ꝛ eius oppositū trāseat: trāsibit etiā per centrū lune in altero dictorum punctorū existētis: q̄re illa linea est linea veri motꝰ lune ꝛ eadē (argm trāsit per cētrū epi.) medij motꝰ (vt supra dictū est.) Eadē igit veri ꝛ medij motus erit linea: q̄re cū verus motus a medio nō diuersificet equatio seu diuersitas tūc nulla est: ꝛ hoc est verū vbicūq̄ sit cētrū epicicli. ¶ Sed notandū ꝙ lȝ dictū sit lineā medij motus lune ꝛ veri: luna existēte in auge epicicli vera seu opposito esse vnā ꝛ nō differre: verū est realr: rōne tñ differunt: eadē nāq̄ linea transiens per cētrū epicicli ꝛ lune in memoratis punctis existētis inquantū per centrū epicicli trāsit: dr linea medij motꝰ: sed iquātū trāsit per cētrū lune veri motꝰ linea dicit. Et eodē mō dōm est de medio ꝛ vero motu: q lȝ sint idē realr: differūt tñ ƀȝ rōnē: arcus nāq̄ a pno arietis inquātū terminat ad eādē lineā q̄ est veri motꝰ dr verꝰ motꝰ: sed ꝑut terminat ad eādē q̄ est medij dicit motꝰ lune mediꝰ: sed eq̄tio maxima ɔtingit epiciclo in opposito augis existēte ꝛ cū hoc luna in puncto ɔtactus epicicli: q̄rum q̄dlibet declaꝛ. Si çodiacus. a b c d. supra centro. e. designet: cuius diameter. a c. ꝛ aux. a. ꝛ. c. oppositū. Eccētricꝰ vo lune. f g. sup. f. auge. epiciclus. b i. ꝛ sup. g. iterū. k l. circulet in opposito augis. In qbꝰ argumēta vera capiant equalia. b i. ꝛ. k l. ꝛ ductis lineis. e i b. ꝛ. e l d. dico equationē. c d. argumēti epicicli i. g. oppoito augis existēte maiorē eq̄tionē. a b. argumēti epicicli i. f. auge existēte: ꝑductis igit epici. semidiametris. f i. ꝛ. g l. qa ꝑ 7am 3i elntorum linea. e f. maior ē lica. e g. i pūcto. m. ad eiꝰ eq̄litatē resecet



per 3am pmi. linea. m i. qa arcus. b i. ꝛ. k l. per hypothesin sunt eq̄les: erunt eq̄les ꝛ anguli. b f i. ꝛ. k g l. per. 26. 3i qa circuli sunt eq̄les imo idē circulus in locis diuersis: q̄re ꝑ. i3. pi anguli. i f m. ꝛ. l g e. etiā eq̄les: sed qa duo latera. f i. ꝛ. f m. triāguli. f i m. eq̄lia sunt duobꝰ lateribꝰ. g l. ꝛ. g e. triāguli. g l e. ꝑ diffōnē circuli ꝛ hypothesin: erit ꝑ 4am pi angulꝰs. g e l. eq̄lis angulo. f m i. q cū sit maior anglo. f e i. ex doctrina. i6. eiusdē pi: qa angulus extrisecꝰ: erit et sibi eq̄lis. g e l. maior angulo. f e i. igit ꝑ z5am 3i arcꝰ. c d. maior arcu. a b. qd pm fuit ꝑpositorum: ꝛ simi mō demrāri pōt quāto magis cētrū epicicli ab auge elongat: tāto eq̄tio maior est: qa cētro terre magis appropinquat. Quare ꝑ argumēti eq̄tione vificata habēda opȝ: vt cū cētro medio minuta reperiant ꝑportionalia vt videbit. ¶ Pro scdo vo est sciendū ex doctrina 3i Euclidis prope initiū ꝙ linea dicit circulū cōtangere nō qñcūq̄ tāgit: sed si ita tāgat q̄ ex vtraq̄ pte ducta circulū nō secet: vt linea. e n. tm̄ in pūcto. o. tāgit epiciclū. ideo dr ei cōtingens: ꝛ. o. dr pūctus cōtactus linee a cētro terre exeūtis. In quo puncto cū luna fuerit epiciclo nō variato maior ɔtingit eq̄tio argumēti q̄ si eēt i pūcto linee secātis: q̄re maior est

eq̄tio. c n. q̄. c d. cū punctus cōtactus. o. sit terminꝰ remotionis: nā si ad pūctū cōtactus semidiameter epicicli. g o. trahat: lineā. e d. in puncto. p. secabit: ꝛ erit linea. g o. longior linea. g p. tota scilȝ parte: q̄re angulus. g e o. amplior angulo. g e p. per z4am pi ꝛ ꝑ z5am 3i arcus. c n. maior arcu. c d. Ideo qñ argumētū denotauerit lunā esse in punctis ɔtactus eq̄tio maxima reperiet. In alijs vo locis ƀȝ variationē argumēti eq̄tio variat q̄re nō imerito argumēti eq̄tio dici debet: cū per eū quāta sit reperiat: quod qualr fiat nō intēdit in pñti. ¶ Sed qa eq̄tionē nō tm̄ dat argumētū: verū etiā qualr ea medius motus equat ꝛ verificat docet: ideo videre opȝ si argm fuerit minꝰ sex signis: vt i figura hac: in qua. c. existēte arietis initio: argumēto vo. b i. minꝰ sex signis medius motꝰ lune. c a b. maior est vo. c a l. q̄re eq̄tione. b l. ex medio motu dēpta verus motus restabit. Sed vo argumēto maiori sex signis vt. b i k. medius motus. c a b. minor est vo. c b m. q̄re medio motui eq̄tio addit ꝛ verus resultat: qa hoc facile est si bñ qs speculet figurā. His declaratis remanet modo duas de equatione argumēti regulas demrāre: quarum pa est: qa in tabulis eq̄tionū argumentorum lune: duplex scribitur numerorum argumēti ordo: videlȝ. o. i. 5. 59. o. z. 5. 58. quorum pmus designat distantiā lune ab auge ƀm motum lune. zs vo eiusdē ē eius motū equalē distantiā: pro quo vificādo dico luna ab auge vera epicicli equalr ad ptes diuersas remota equationes argumentorum esse equales. vnde çodiaco. a b c d. in cētro. e. ꝛ eccētrico. f g. ꝛ sup puncto. f. epiciclo. b i k. descripto: ꝛ ducta linea. e f b. epiciclū in parte superiori secat in pūcto. b. augis vere: a qua si. i. ƀm motū lune ꝛ. k. ɔtra pūcta eqdistātia capiant in illis luna existēte eq̄tiones argumētorum cōtingunt equales: ꝑductis nāq̄ per dicta puncta lineis. e i l. ꝛ e k m. ꝛ semidiametris. f i. ꝛ f k. qa arcus b i. ꝛ. b k. per hypothesin sī eq̄les. b f i.



ꝛ. b f k. anguli ifra illos arcus formati sunt eq̄les ꝑ z6am 3i: q̄re ꝛ anguli. i f e. ꝛ. k f e. per i3am pmi. sed qa duo latera equū angulū ɔtinētia. f e. ꝛ. f i. equa sūt duobus laterībꝰ aliū cōtinētibꝰ angulū equalē. f e. ꝛ. f k. erit ꝑ 4am pi angulus. f e i. eq̄lis angulo. f e k. q̄re ꝑ z5am 3i arcus. b l. arcui b m. adhuc equalis qd erat pmū ꝑpositū. ¶ Scda regula epicicli centro equalr ab auge eccētrici remoto ad diuersas partes eisdē vel simi argumētis manētibus eq̄tiones argumētorum equales. Capiant nāq̄ in prefata figura ab. a. auge eccētrici. b. pūctū ƀm ordinē signorum ꝛ. d. cōtra equalr distātia: ꝛ cū in. b. sit epiciclus: sup eccentrici puncto. g. zo scribat idē. n o. ꝑducta linea. e g d. in quo argum n o. eq̄le argumēto. b i. capiat linea. e o p. ꝑtracta: eq̄tiones argumētorum eq̄les eē necc est: nā ducta. g o. semidiametro epicicli: qa arcus. b i. ꝛ. n o. per hypothesin sūt eq̄les: anguli. f. ꝛ. g. infra eos formati per sepius allegatam z6. 3i erunt equales: q̄re per i3am pmi reliqui. e f i. ꝛ. e g o. equales: sed qa. f i. ꝛ. f e. duo latera trianguli. f i e. angulū f. cōtinētia eq̄lia sunt duobꝰ laterībꝰ. g o. ꝛ. g e. angulū. g. equalē ɔtinētibus: erit per 4am pmi angulus. f e i. equus g e o. angulo: igit per. z5. 3i arcus. b l. equalis arcui. d f. qd


fuit

fuit x^m ꝓpositū. Quare in tabula eq̃tionū lune duplex ordo centroꝝ ponit̃ duplicē distantiā equalē denotātiū: quibus minuta ꝓportionalia eq̃lia imo eadē corrn̄dēt.


¶ Diuersificant̃ tamē equationes eorundē argumentorū centro epicicli ab auge deferentis ad oppositū euntē: cōtinue nāq̃ maiorant̃ fm accessum centri epicicli ad centrū mundi. Vn̄ fit vt equationes singulorū argumētoꝝ que cōtingunt centro epicicli in opposito augis eccentrici existente sint maiores singulis equationibus argumentorū que fiunt dū centrū epicicli in auge eccentrici fuerit relatiuas suis relatiuis cōparando. Excessus aūt harū sup illas diuersitates diametri circuli breuis nuncupant̃. Linea vo a cētro mūdi ad augē deferentis protracta longior est linea ab eodē cētro ad oppositū augis. Excessus aūt illius super istā diuisus in 60. particulas equales minuta proportionalia dicit̃: ⁊ duplus est ad eccētricitatē. Linea nāq̃ medij motus lune que dirigit̃ ad augē eccentrici: nullā de istis particulis extra pariferiā eccētrici tenet sed oēs intra. Ea vo que ad oppositum augis porrigit̃ oēs hēt extra: nullā autem intra. Sed que ad alia loca eccētrici protendun tur aliquot de illis habēt extra tātoque plures: quanto vicinius centrū epicicli fuerit augis opposito: ⁊ tāto pauciores quāto vicinius augi. Equationes aūt argumentoꝝ (que scripte sūt in tabulis) sunt que cōtingunt dū cētrū epicicli in auge deferentis fuerit: sed ille (vt dictū est) minores sunt eis que cētro epicicli alibi cōstituto fiunt: cū igit̃ cētrū epicicli alibi cōstituit̃: qd̄ fit dum centrū lune est aliquid: per centrū accipiunt̃ in tabula minuta ꝓportionalia: ⁊ per argumentū verū accipitur diuersitas diametri: que tota additur ad equationē argumēti prius in tabula receptā: si minuta proportionalia .lx. fuerint. Sed si minus fuerint non tota additur sed aliqua eius portio talis qualia sunt minuta proportionalia respectu .lx. ⁊ tūc prouenient eq̃tio argumenti vera ad talē situm epicicli.

¶ Infert qdā correlatiuū preceptū. Nā cū demonstratū sit ceteris paribus equationes argumentoꝝ eorūdē vel equaliū ꝓpter accessum cētri epicicli ad centrū mundi variari: ⁊ maiores in augis opposito q̃ȝ in auge ɔtingere ⁊ quāto magis terre appropinquat: eiusdē argumēti eq̃tio maior est. Ideo ne in accipiendo equationē error cōtingat opȝ p̄us scire an epiciclus in auge vel in opposito vel in alio quouis loco sit: ⁊ fm eius maiorē ꝓpinquitatē ad terrā vel minorē equationē maiorē vl̄ minorē accipēre. Unde habito argumēto eius equatio demonstrati ue cōcludit̃ epiciclo in auge vel in opposito existente: sȝ q̄a q̄ cōtingit eo in opposito augis maior est ɔtingēte eo in auge cōsistēte: maioris supra minorē excessum diuersitatē diametri circuli breuis cū nostris astrologie scien tie sectatoribus noīamus: dicit̃ nāq̃ diuersitas q̄a dīa ⁊ excessus est vnius sup alterā circuli breuis hoc est epicicli lune: sed qm̄ hec diuersitas cōtingit: q̄ ꝛ epiciclus lune non equal'r a terra remouet̃: imo qn̄q̃ magis appropriat: ⁊ aliqn̄ magis remouet̃ vltra hoc oportet scire excessus maxie distantie hoc est linee augis super minimā ⁊ oppositi augis: qd̄ quidē resecatus ab augis linea vsus augē diuidat̃ in .60. partes equales: que minuta vocant̃ ꝓportionalia ꝓpter rōnē inferius dicēdā: ⁊ nota ꝙ huiꝰ excessus ad eccētricitatē duplus est velut demōstratū est in theorica solis. Modo qn̄ centrū epicicli lune ⁊ linea eius medij motus est in auge: ɔtinet oīa hec .60. m̄. intra circūferētiā eccētrici ⁊ extra nulla: ex quo in maxia est remotiōe. Ea vo que trahit̃ ad oppositū augis extra hēt oīa: itra vo nulla: ex q̄ breuissima est lineaꝝ. In alijs aūt locis cētrū epicicli exn̄s hēt aliquot intra ⁊ aliquot extra: q̄a ꝓpinquus est terre: q̄ȝ si eēt in auge ⁊ remotiꝰ q̄ȝ in opposito: ⁊ quāto magis augi appropinquat tāto plura itra ⁊ pauciora extra: ⁊ quanto magis opposito augis plura extra: ⁊ intra pauciora. ¶ Equationes argumētorū lune que in tabulis notate sunt: sunt que contingunt ac si semp epiciclus esset in auge: supposito nāq̃ eo semper in auge existere: sed tn̄ luna in epici. moueat̃ ⁊ arg^m crescat: ponit̃ tunc equatio argumētoꝝ per singulos gradus auctoꝝ: sed q̄a in locis alijs epiciclo existēte ille sūt maiores relatiuas suis relatiuis cōparādo .i. argumētis semp existētibꝰ equalibꝰ vt vni gra. argumenti in augis opposito maior correspōdet eq̃tio q̄ȝ eidē in auge: ⁊ ita duobꝰ in opposito maior dat̃ equatio q̄ȝ in auge: ⁊ sic de singulis argumētis: qua de re per arg' nō īuenit̃ nisi eq̃tio eius in auge cōtingēs: sed qn̄ epiciclus lune est extra augē: qd̄ deprehendit̃ per cētrū lune qn̄ est aliqd̄ .i. quando epiciclus lune distat ab auge: quā distātiā dictū ē cētrū lune noīari: p cētꝝ lune accipiunt̃ minuta ꝓportionalia: hoc est quot minuta epiciclus hēt intra circūferētiā eccētrici: denotāt nāq̃ quātū appropriat cētro terre magis q̄ȝ qn̄ fuerit ī auge: ⁊ cōsequēter quāto fuerit maior equatio hic ɔtingēs q̄ȝ ea q̄ in auge. Et per arg^m capit̃ diuersitas diametri: nā maius arg^m maiorē hēt diuersitatē diametri: ⁊ si .m̄. ꝓportionalia sint .60. ⁊ oīa d̄notātia epiciclū esse in opposito augis ⁊ in maxia appropinq̃tione: vbi eq̃tio maxia ɔtingit: diuersitas hec tota addi debet eq̃tioni argumēti in auge reperte: ⁊ qd̄ resultat erit eq̃tio vera argumēti in opposito augis. Si vo minuta nulla sint denotātia epiciclū esse in maxia remotione ⁊ ī auge: minima ɔtigit eq̃tio que iā recpta est: q̄re nihil de diuersitate diametri adiungi debet: sed si eadē aliq̄ fuerit nō tn̄ .60. sȝ grā exēpli .30. id est medietas eoꝝ denotātia epiciclū esse in locis itermedijs augē ⁊ oppositū: vbi eq̃tio neq̃ mīma sic illa q̄ fit in auge: neq̃ maxia velut in opposito: tūc nō tota addi dȝ diuersitas: sed pars media sic epiciclus mediocriter appropinq̃t. vn̄ vna pars dȝ addi semp q̄ ad totā in tali se hēat ꝓportione: in q̄ minuta inuenta ad oīa .60. se hn̄t: vn̄ q̄a .m̄. 30. medietas sunt .60. medietas illiꝰ addi dȝ. Nā epiciclo exn̄te maxie terre ꝓpinquo: cū ibi accidat maxia argumēti eq̃tio: tota diuersitas addi dȝ: qn̄ vo in loco fuerit mediocriter ꝓpinquo qd̄ .30. m̄. ꝓportionalia denotāt q̄ sunt mediū .60. diuersitatis medietas erit addēda. ¶ Que vt facilius apprehendant̃: zodiacus ⁊ eccētricus: cū tribꝰ epiciclis in auge in opposito ⁊ loco medio per eq̃distātiā describant̃: per cētra quoꝝ a centro mūdi ad zodiacū linee ducant̃: et in illis eq̃le argumentū sumatur lineis ꝓtractis veri loci lune vsq̃ ad zodiacum: erunt tres equationes. Prima est auge que vocetur .a. decem gradus. gratia exempli

oppositi que
vocet̄.b.16.g̅.
⁊ que est ī lo/
co medio vo/
cata.c.cū eq̄/
tio.a.minima
sit.10.gra. ex/
cedit̄ ab eq̄tio
ne.b.que ma/
xima est p.6.
gra.q diuersi/
tas diametri
dicit̄:s3 eq̄tio
c.maior est.a.



qa epiciclus ibi magis appropīquat terre:⁊ minor.b.qa
remouet̄ magis:vidēdū est quot.m̄.appropinquat:⁊ iue
nit̄ ꝙ.30.vbi in auge maxie remouet̄ ⁊ opposito per.60.
appropriat terre:q̄ cū mediq sit iter maximā appropria
tionē ⁊ remotionē equatio.c.media est iter.a.maximaʒ
⁊.b.minimā:q̄re medietas diuersitatis.3.scilʒ.gra.cū to/
ta sit.6.adenda erit equationi.a.q̄ est.10.gra.⁊ proueniet
vera equatio.c.13.grad.ideo qa epiciclus in loco medio
aritmetice exn̄s:ē iter maximā appropinq̄tionē ⁊ ma/
ximā remotionē:eq̄tio.c.13.gra.media est:eodē mō iter
maximā.16.⁊ minimā.10.gra.eq̄tionē. ¶ Notādū est p̊
ꝙ duplex est opīo de eē minutoꝝ pportionaliū.p^a est cō
munis:ꝙ minuta pportionalia sunt.60.ptes excessus.li/
nee lōgioris sup lineā breuiorē:que q̄dē denotāt maio/
rē vel minorē ad terrā appropinq̄tionē.nam vbi plā de
huiꝰ.m̄.reperiunt̄ ex circūferētiā eccētrici.ibi maioreʒ
denotat̄ epiciclus ad terrā appropinq̄tionē eē vt dictuʒ
est.Et dn̄r.m̄.qa sūt ptes sexagesime illiꝰ excessus ima/
ginādo illū eē q̄ddā itegrū:cuiꝰ sexagesime ptes.m̄.vo/
cant̄.Proportionalis q̄dē qa p pportionē eoruʒ ad.60.
pars pportionalis capit̄ diuersitatis ad totaʒ:qd̄ qualr̄
fiat patebit iferius.Hāc opionē tenet Auctor in textu ⁊
exponit.¶ Scd̄a v̊o opio insequit̄ Joānes de regio mō
te est:ꝙ.m̄.hec sūt sexagesime ptes excessus maioris eq̄/
tionis supra minorē.vn̄ qm̄ in opposito augis eq̄tio ma
xima cōtingit:que in auge v̊o mīma est:excessus illiꝰ su
pra hac diuisus est in.60.ptes equales.m̄.pportionalia
eadē de cā qua dictū est vocata.Et tūc p cētrū medium
nō accipit̄ ppinq̄tas epicicli ad cētrū terre:vt dicebat
p̊ma opio:accipiunt̄ de toto excessu ⁊ diuersitate diame
tri quot ptes addēde sunt:vn̄ si.m̄.pportionalia sint.30.
diuersitatis diametri in.60.ptes eq̄les diuise.30.illaruʒ
addi debere denotāt.Sed vel p̊^a vl̄ z^a opio teneat̄ opa/
tio in hoc nullo mō fallit.qa vbi ꝯtingunt esse.30.m̄.p/
portionalia ptes.s.excessus lōgioris linee supra curtiorē
extra circūferētiā.ibi etiā.30.ptes sexagesimaꝝ diuersi
tatis diametri addi debēt:⁊ ecōuerso.¶ Scd̄o est notā/
dū ꝙ huiꝰ excessus seu longioris supra curtiorē lineam:
seu maioris supra minorē equationē in.60.ptes potius
q̄ʒ alio numero diuisus est:cum etiā astronomi oēm quā
titatē per.60.diuidāt:vt physicū signuʒ in.60.gra.gra.in
m̄.60 qd̄ ī 60.z.⁊.z.in.60.3.⁊c̄.⁊ etiā tp̄s ī tabulis diē.s.ī
60.m̄.m̄.in.60.z.⁊c̄.Cuiꝰ rōnē assignat Ptol.ī p̊ Almag.
cap̄ 9° ⁊ est qa astrologus in ope calculi īdiget nūero plu
res recipiēte sectiones maxime pro partibꝰ pportiona/
libus capiēdis.Nō datur autē numerus infra numeruʒ
sexagenariū qui in tot partes diuidi possit in quot iste di
uidit̄:partit̄ q̄dē decē diuisionibus:p̊mo in duas medie
tates vt.30.z° in.3.tertias vt.20.3° in.4.quartas vt.15.
4° in.5.q̄ntas vt.12.5° in.6.sextas vt.10.6° in.10.decimas
vt.6.7° in.12.duodecimas vt.5.8° in.15.decimasquintas
vt.4.9° in.20.vicesimas vt.3.10.et vltio.30.trigesimas
vt.z.Quare cuʒ tot partibus integris diuidatur merito
cuʒ preponit astrologus ⁊ vtitur in operatione sua:⁊ qa
minutorū proportionaliū s̄m diuersum sitū epicicli ab
auge eccētrici ⁊ variationē centri lune plures partes in
tabulis reperiunt̄:oportuit illa diuidi numero hoc sexa
genario:⁊ ppter hoc minuta dicta sunt:qa minutū est.q̈.
pars sexagenaria:⁊ ita vnūq̄dq̄ʒ istoꝝ pars sexagenaria
est illius excessus:excessus eni ille cōuenit cū gradu cuʒ
sit integrū q̄ddā sicut ⁊ gradus.¶ Tertio est notanduʒ
ꝙ per.m̄.proportionalia partē capitur pportionalis di/
uersitatis(vt dictū est)10.m̄.pportionalia noīata sunt:
qa in quasi ad.60.proportione se hn̄t:diuersitatis capit̄
pars que in eadē se hēat ad totā.Cuius opatio etsi potiꝰ
in canonibus tabularū declari debeat:tamē qa ibi opa/
tio eoꝝ ꝯfusa est parūper:qa nō declat̄ rō opationis:cō
ueniēs est eā p regulas pportionū declare. Dato in exē/
plo p̊ori ꝙ diuersitas diametri.6.eēt gra.que tota adiū/
gi deberet eq̄tioni.si.m̄.pportionalia essent.60. Sed qa
m̄.non sunt nisi.30.accipiā diuersitatis ptē pportionalē
ad totā sicut sunt.30.ad.60.⁊ ponā triplicē ordinē nume
rorū:q̄ꝝ p̊mus.60.m̄.pportionalia.z^s diuersitatē.6.gra.
3^s.30.m̄.4.v̊o q̄rit̄ ad quē in tali pportione se hēat.ter/
tius numerus in qua p̊mus ad scd̄m.multiplico igit̄ 3^m
per scd̄m vt.30.p.6.⁊ resultant.180.que p p̊mū numeꝝ.s.
60.partiant̄:⁊ fient.3.quartus.s.nūerus pars diuersita/
tis:ad quē.30.m̄.se hn̄t:sicut.60.ad.6.totā diuersitatem:
vtrobiq̄ʒ quidē decupla est proportio:que pars diuersita
tis addenda est eq̄tioni.m̄.exn̄tibꝰ.30. ¶ Ut aūt modo
huic theorice cōplemētū imponant̄ septē termini decla
rati exemplo declarant̄:⁊ qualr̄ illis opet̄ pro vero mo/
tu planete reperiēdo:vn̄ supra cētro.a.ꝗodiacus.b c d e.
cuius diameter.c d.p̊ncipiū arietis.b.aux.c.oppositum
v̊o eius.d.designetur ⁊ in diametro punctus.f.oppositus
centro eccentrici sumat̄:eccentricus quoq̄ʒ in cuius pun
cto.g.epiciclus lineet̄:per cuius centrū ducat̄ linea.a g e.
secans eum in pūcto.h.⁊.f g i.in pūcto.i.secās:⁊ luna exi/
stente in pūcto.k.a cētro mūdi vsq̄ʒ ad ꝗodiacū.a k l.Est
eniʒ linea medij motus.a g e.per cētrū trāsiens epicicli
ad ꝗodiacum:et arcus ꝗodiaci.b c e.medius motus. Li/
nea v̊o veri motus per lunam trāsiens.a k l.⁊ verus mo/




tus.b c l.cē
trum lune.
c d e. Aux
vera. h. et
media.i.cē
tri v̊o equa
tio arcꝰ epi
cicli.h i. ar
gumētū me
diū.i h k. ⁊
veruʒ.h k.
Cuiꝰ eq̄tio
arcꝰ ꝗodia/
ci.e l. Mo
do si libeat īuenire verū motuʒ lune ex quo iequalis est
medius p̊us.b c e.reperiat̄.deīde per duplationē medie
elōgationis lune a sole cētrū lune.c d e.habet̄:quo eq̄/
tione.i h.iuenta ⁊ dēpta ab argumēto medio.i h k.inuē/
to mediāte tēpore per canonē:verū argumētū.h k.habe
bit̄:qd̄ cū det eq̄tionē.e l.⁊ demi p̄cipiat per canonē. Si
ex medio motu.b c l e.argumēti eq̄tio.l e.demat̄.verus
motus.b c l.⁊ verus lune locus.l.habebit̄:que opatio q̄/
liter numeris signorum graduum et minutorum com/
pleatur in tabulis habetur.

De dracone lune.

Superficies eccētrici lune (vt dictum est) ꝓpter declinationē poloꝝ orbium augem deferentiū ſupficiē3 ecliptice ſup diametro mūdi iterſecat. Unde vna eius pars verſus aquilonē: altera v̓ſus auſtrū ab ecliptica declinabit. Illa igit̄ iterſectio circūferentie eccētrici lune cum ſuperficie ecliptice (in qua cum centru3 epicicli fuerit verſus aquilonem ire inciperit) caput draconis nuncupatur: cauda v̓o reliqua.

Habita per ea q̄ dicta ſūt in p̄cedēti theorica notitia ac ſcīa de luna quo ad orbes qb⁹ ipſa defert̄ ⁊ orbiū motus. In p̄ſenti pte de eius dracone agit. Couenies nāq3 fuit poſt lune terminationē de dracone mētionē facere: qa ab ei⁹ orbib⁹ cauſat̄: vt ſupra patuit: ⁊ ſi in theorica p̄cedēti de eo aliq̄lē mētione3 egerit: hic tn̄ pticulari⁹ de eo determinat tā quo ad notificatione3 ſectionū: q̄ȝ etiā quo ad eoꝝ motus: ſed tn̄ qa in theorica lune in expōne illi⁹ ptis [Sed orbis q̄rtus.] circa draconē ſufficiēter dictu3 eſt. Qualr̄ cauſat̄: qua velocitate mouet̄: qbus ſignis ⁊ apparētijs deprehenſus ſit. In hac parte nō op3 ea repetere: ſed tn̄ textū declare ⁊ quoru3 oportuerit rōnes aſſignare. De dracone igit̄ determinādo p̄mo agit theorice. 2⁰ v̓o practice: opationis. ſ. tabularis pro dracone reperiēdo rōnē maniſeſtādo ⁊ terminos exponēdo. ibi [Medius itaq3 mot⁹.] Pria pars in duas itez diuidit̄. In p̄ma declat qualr̄ cauſet̄. in ſcda qualr̄ mouet̄. ibi [Mouent̄ aūt.] Dicit q̄ in p̄ma pte qa poli orbiū augē deferētiū a polis ecliptice declināt quinque gradib⁹: vt claruit in p̄n⁰ theorice lune parte illa [Mouent̄ aūt deferētes.] ⁊ eoꝝ orbiu3 ſupficies que eq̄liter ab vtroq3 eoꝝ polo remouet̄ equali remotione a ſuperficie ecliptice declinat: vt mathe^ce^ eſt concluſum in illa parte. Orbiū aūt ꝯcentricoꝝ adinuicē quoꝝ poli diſtāt equali diſtātia ⁊ ſuperficies eoꝝ adinuicē remote erūt: ⁊ qa ambarū idē eſt cētrū. ſ. totius ſup diametro mundi ſe ſecabūt. Quare vna eorū medietas remouet̄ ab ecliptica v̓ſus ſeptētriōnē: reliqua v̓o v̓ſus auſtrū: ⁊ ita partes eccētrici ad diuerſas ptes ab eadē declinant. Et ſpatiū iter eclipticā ⁊ medietatē eccētrici d̄clinātis dici draconē ⁊ iterſectionū alterā caput: cauda v̓o reliquā vocari dictū fuit in loco allegato ⁊ cā eſt aſſignata. Modo āt op3 videre: que illaꝝ ſectionū caput ⁊ q̄ cauda dr̄: vnde dico: q̄ȝ cū cētrū epicicli lune q̄nq3 ſit v̓ſus ſeptētriōnē ⁊ q̄nq3 ad auſtrū: ⁊ nō pōt hincinde ⁊ econtra mutari niſi p̄us in ſectionū aliq̄ fuerit: qa mediū eſt i q̄d ꝯtinue mutās p̄us q̄ȝ ad extremū ꝑuenit 5⁰ phy. q̄re cū id fuerit in auſtrū ⁊ ad ſeptētriōnē trāſmutat̄ iterſectio ꝑ quā tranſit caput noīat̄: reliq̄ v̓o cauda ea. ſ. qua ex ſeptētriōe ad auſtrū ꝑmutat̄ vt ſit in plano ꝯodiac⁹. a b c d. cui⁹ aqlonarı polus. e. ita q̄ȝ quicquid ab ecliptica d̄ſcripta v̓ſus. e. declinat: ſeptētrionale ſit: polus āt antarcticus vt Ptol. i ſuo pla



niſpherio demōſtrat in plano eodē d̄ſcribi nō pōt: verū q̄cq̄d extra eclipticā ab ea auſtralē hēat latitudinē. Eccen. v̓o. f b g d. ecliptica in. b. ⁊ in. d. interſecet. qa igitur epiciclus in. g. exn̄s auſtralis ſi in. f. ꝑueniēs ſeptētrionalis ſiat per ſectionē. d. trāſit: ideo. d. caput appellata eſt. b. v̓o cauda: qa ꝑ eā ex. f. pūcto ſeptētrionali auſtralis ſit in. g. trāſlatus. Circa ea q̄ dicta ſunt dubitari ꝯtingit: qa ꝓbauit Auctor ſupficiē orbiū augis lune ⁊ ꝯn̄ter eccentrici ei⁹a ſupficie ecliptice declinari: cū poli coꝝ a polis ecliptice declināt. Cū in p̄ncipio theorice lune demōſtratū ſit mathematice ecōtrario. ſ. polos declinari ꝑꝑ h̄ q̄ȝ ſupficies declinet. Quare videt̄ circularis ratiocinatio: cōtra doctrinā Phi p̄mo poſterioꝝ. Ad hoc reſpōdet̄ hec adinuicē ſeſe cōſequi ⁊ conuerti: poli declinant igitur ſuperficies a ſuperficie: ⁊ ecōuerſo ſuperficies declinat a ſuperficie: quare ⁊ poli: et hoc in orbibus adinuice3 ꝯcētricis vt in dicto loco dictū fuit. Adinuicē igit̄ ſe iferūt tamē modo diuerſo: qa ſupficiē d̄clinari ꝓpter poloꝝ declinationē tāq̄ȝ effectus ꝑ ſuā cā3 ꝯcludit̄: prio nāq3 in orbe aliquo poli deſcribunt̄ ſi orbis eſſe inchoaret: a quoꝝ eqdiſtātia plana ſupficies mēſurat̄ vl̓ deſcribit̄: ⁊ ſi poli variarēt̄ ⁊ ſupficies ꝯn̄ter ꝑmutaret̄: ⁊ ſi poli ponant̄ in directo poloꝝ ecliptice ⁊ in axi eadē ⁊ ſupficies¹ ſub ecliptica ſituata eſſet. Superficiei tn̄ declinatio poloꝝ infert declinationem tanq̄ȝ effectus notior nobis ſuā ignotam cauſam: nam ignota eſt nobis polorū declinatio: cū poli nullo pacto percipiant̄ rōne indiuiſibilitatis eoru3: ⁊ qa ibi non eſt ſtella que ſola inter oēs partes orbis viſu percepta eſt ſcđo celi (de orbibus loquor inferiorū ſpherarū nō de octauo) ſed qa planetam declinari perceptū eſt ⁊ ꝯſequēter eius orbiū ſupficies planas: cōcludit̄ etiā polos eorū declinari: l3 igit̄ hec adiuice3 ſeſe inferant: diuerſo tamē modo vt patet. Ad argumētū modo dico qn̄ in theorica ſuperiori fuit demōſtratū polos declinari eo q̄ȝ ſupficies etiā declinat fuit proceſſus a poſteriori ⁊ a nobis ſenſu maniſeſtis ⁊ perceptis. Sed ſi Auctor modo ecōtra declinationē ſuperficiei. per poloꝝ declinationē nō probat ignotū: ſed noti per ſenſum cām aſſignat ⁊ eſt ꝓceſſus a p̄ori: qui (vt in ph̄ia ⁊ metaphyſica declarat̄) nō improbat̄ imo ab oib⁹ fere admitti̓t cū ⁊ Ariſtoteles eo vtat̄ in locis pluribus p̄cipue in ſcđo de celo. Qn̄ aūt negat i poſterioꝝ ꝑ circularē diſcurſum: intelligit de vniformi. ſ. vt vel ſemp per cām vel ꝑ effectū cōtinue ꝓcedat: q̄d nō eſt hic in ꝓpoſito noſtro. Scđo dubitat̄ q̄re caput dr̄ ſectio. d. qua ex auſtro ad aquilonem: reliqua v̓o. b. cauda dicit̄ potius q̄ȝ econtra: cum eque bene. b. caput ⁊. d. cauda dici poterat. Dicēdū q̄ȝ hoc nō fuit rōne demōſtratiua actū: ſed tn̄ ꝓbabili ⁊ ſuaſiua. Nā epiciclus i auſtro exn̄s ſi ad ſeptētrionē moueat̄ ad nos q ſum⁹ v̓ſus ſeptētriōnē accedit: hic v̓o ad auſtrū motus a nobis recedit: acceſſus aūt dignior eſt q̄ȝ receſſus vt patet: q̄re capiat̄ motus acceſſus eius ex auſtro ad arcticu3. Cū eni epiciclus exn̄s in auſtro ad ſeptētriōnē motus ⁊ nobis appropinquās ad ſectionē. d. prius q̄ȝ in. b. perueniat ⁊ caput prius ⁊ nobilius ſit cauda: ideo. d. caput potius q̄ȝ cauda dictum eſt. Et ſi vlteri⁹ moueatur ex aquilone in meridie3. ſcđo perueniet in. b. ⁊ etia3 quia in motu hoc recedit a nobis. b. cauda nominata eſt: que capite minus digna. Sed notandū q̄ȝ cū ex auſtro ad ſeptētriōnē nobis ſeptētrionalib⁹ accedat: ideo ſectio per quā in motu hoc pertrāſit nobilior eſt q̄ȝ reliqua ⁊ caput noianda: ⁊ reliqua cauda. auſtralibus v̓o ſi pars auſtralis terre hoib⁹ habitet̄: erit per oppoſitu3: nam epiciclus in ſeptētrione exn̄s ad meridiē motus illis accedet: q̄re ſectio. b. per quā tranſit caput illis: reliq̄


vo.d.scilz p quã ab eis recedet cauda. Sed qa hoc poti⁹ ad placitũ est: ꝛ nõ hẽt rõnẽ demõstrantẽ nihil obstat si dicat̃ illas noib⁹ terminari volũtate antiquoꝝ.

¶ Mouentur autez hec intersectiones quotidie vltra motũ diurnũ versus occidentem tribus minutis fere: virtute motus orbis aggregatuz triuz alioꝝ orbiũ lunẽ ambientis.

¶ Declarat qua velocitate ꝛ ad quẽ situm draco lune moueatur: vnde mouent̃ eodẽ mõ quo orbis q̃rtus lune deferẽs draconẽ: verũ ille orbis per se ab itelligẽtia ei applicata: draco vo per aliud cũ a dicto orbe rapiat̃ tanq̃ accidens cum suo subiecto.

¶ Medius itaqz motus capitis draconis lune est arcus zodiaci a principio arietis ꝯtra successionez signoꝝ vsqz ad lineã a centro mundi per sectionẽ capitis ꝓtractã nũeratus. ¶ Uerus ãt mot⁹ capitis est arcus zodiaci ab arietis initio ad iam dictã lineã fm successionẽ signorũ computatus. Simil'r dici põt de cauda. Ex his manifestuz est q̃ subtracto medio motu capitis a duodecim signis verus eius motus remanet. Unde cõmune dictũ dicens caput lune tñ medio motu ire cõtra firmamentũ: quantũ in veritate vadat cũ firmamẽto: ita intelligit̃: medius motus capitis lune cõtra successionem signorũ in eum punctum protenditur in quem verus fm successionem signorum.

¶ Practice de motu draconis nunc agit terminos qbus eius verus motus reperit̃ declarãdo. Et lz caput nõ moueat̃ inequal'r in zodiaco: rõne cui⁹ mediũ motũ debeat hr̃e: qa tamẽ eius motus est cõtra ordinẽ vt dictuz: eius verus q fm ordinẽ in zodiaco per tẽpus sicut motus regulares accipi nõ põt: cũ tẽpore crescente ille decrescat: nõ eni a pñcipio arietis caput elongat̃ fm ordinẽ signorũ: imo appropinquat: sed qa ab eo remouet̃ cõtra ordinẽ signoꝝ: que distantia crescit tẽpore aucto: igit̃ arcus seu motus in arcu a pñcipio arietis vsqz ad lineã a centro mũdi per caput ductã ad zodiacũ cõtra ordinẽ signorũ medius motus dicit̃ capitis: ꝛ linea que per eũ trãsit in isto casu .i. inquãtũ terminat mediũ motũ lineã dicit̃ motus medij. v.g. Supra centrũ .a. esto zodiacus .b c. ꝛ .d caput draconis: p qð a d b. ꝓducta liea medij motus: erit .c b. medius ei⁹ motus ꝯ successionẽ signorũ .c. videlz initio arietis existẽte. Uerus aũt



motus est arcus zodiaci ad dictã lineã ab arietis pñ⁰ fm ordinẽ signoꝝ vt .c b. per iferi⁹: ꝛ linea .a d b. inquãtũ terminat hũc arcũ veri motus est linea veri motus: vñ etsi realiter sit eadẽ rõne: tñ est differẽs ꝛ diuersa inquantũ duos dictos arcus veri ꝛ medij motus terminat. Et eodẽ modo accipiendũ est de cauda: scilz q̃ eius mot⁹ medius est a pñ⁰ arietis ad lineã que a cẽtro terre transit p caudã ꝯtra ordinẽ signoꝝ. Sed verus est ab eodẽ initio ꝛ ad eadẽ lineã fm signoꝝ successionẽ: verum de cauda nõ opz meminisse: qa locus eius verus habet̃ reperto loco capitis cũ semp in zodiaco opponant̃. Unde pz totus zodiacũ verũ ꝛ mediũ motũ capitis cõtinere: q̃re dẽpto medio motu capitis iam habito ex toto circulo seu duodecim signis cõibus residuũ est motus verus ei⁹: qa ad punctũ eũdẽ medius ꝛ verus motus capitis terminant̃ ꝛ a pñ⁰ eodẽ icipiũt. Et hoc itelligũt dicentes caput lune tantũ medio motu ire cõtra firmamẽtũ .i. cõtra zodiacũ ꝛ successionẽ signoꝝ. Quantũ in rei veritate hoc est vero motu cum firmamento.

¶ De tribus superioribus.



Quilibet trium superioruz tres orbes habet a se diuisos fm imaginationez trium orbiũ solis. Jn orbe tamen medio qui eccẽtricus simpliciter existit: quilibet habet epiciclũ in quo (sicut in luna tactum est) corpus planete figitur.

Postq̃ Auctor quantũ pñsentis operis ꝓposito attinet theoricalẽ de luna ꝯsiderationẽ ꝛ de eius dracone determinationẽ expleuit. Jn pñsenti theorica que tertia est in ordine de tribus superiorib⁹ planetis Saturno .s. Joue ꝛ Marte prosequit̃: lz fere oia que hic ponunt̃ Ueneri ꝛ Mercurio cõueniant: in quibus autẽ differũt tres superiores a Uenere ꝛ Mercurio in coruz theoricis manifestabit̃. Et in hac terminatione ordinez rõnabilẽ nõ deserit: qs eni dubitat Martẽ Jouẽ ꝛ Saturnũ pfectiores esse Uenere ꝛ Mercurio: sunt nãqz altiores eis ꝛ pmo pñ⁰ magis ꝓpinqui: sunt quoq̃ effectus coꝝ nobiliores ꝛ durabiliores vt declarari hẽt in libris particularibus de iudicijs: etiã qa cõior est hec theorica reliquis que sequunt̃ cũ de tribus planetis simul agat: cõia aũt via doctrine ex pmo physicoꝝ pponenda sunt. ¶ Scða cã est qa in hac theorica plurima declarant̃ ꝛ demonstrant̃ que in alijs sequẽtibus presupponentur: ꝛ ab hac declarata accipient̃: vt videbit̃: qñimo Uenus eadẽ hẽt theoricã ꝛ motus q̃litatẽ fere: nisi in latitudie ab his trib⁹ differẽs est: ꝛ hoc notauit qñ i suprascriptione theorice figure dixit theorica triũ supioꝝ ꝛ veneris: multũ igit̃ fuit cõgruũ de tribus superioribus planetis theoricã preponere duab⁹ alijs que sequunt̃. De tribus igit̃ superioribus agens duo facit: qa pmo apparentias saluat eoꝝ orbes situando ꝛ motus eoꝝ declarando. 2⁰ vo practice qual'r verus cuiusqz eorũ motus habeat̃ rationes terminoꝝ ꝛ canones declarat. ibi [Aux autẽ media.] Prima iterũ in duas diuidit̃, nã in pma orbiũ partialiũ ꝛ numerũ ꝛ sitũ exponit: in scða orbiũ motũ notificat. ibi [Orbes aũt auges.] ¶ Pro euidẽtia pme ptis est notãdũ planete sũt septẽ sic alias patuit Luna Mercurius Uenus Sol Mars Juppiter et Saturnus inter quos Sol medius est tanq̃ locũ mediuz obtinens: nam locus ei⁹ ẽ q̃rtus in celo tres hñs planetas superi⁹ ꝛ totidẽ iferi⁹. igit̃ dr̃ medi⁹ loci rõne. Scðo medi⁹ ẽ dignitate: cũ nobilior sit singulis planetis medi⁹ ꝛ pfect⁹ ponit̃ tãq̃ ab extremis equal'r distãs. cũ igit̃ neq̃ vni neq̃ alteri extremoꝝ magis appropiquat neq̃ supior neq̃ iferior est: sed vere medius: a q̃ cũ qs remouet̃ extremi suscepit denoiationẽ ptis .s. ad quã magis tẽdit ꝛ ab eo remouet̃: sed qa Mars Juppiter ꝛ Uenus a sole vsus superius recedunt: planete superiores dicti sunt: vnde per tres supiores intelligere debemus hos pnoiatos: Uenus

vo


vo mercuriꝰ ⁊ lūa q: īfra a sole remouent tres īferiores planetas antiq noīauerūt. Qr igit̄ tres dicti supiores q̄ ad sitū ⁊ numerū orbiū: q̄litates motus ⁊ reliquas vl'es ꝓprietates coicant: ⁊ si qno ad motꝰ velocitates ⁊ quasdam ꝑticulares passiões differāt vt patebit iō de eis cā dem icipit theoricā: quinimo ⁊ Ueneri ⁊ Mercurio ex bis multa cōpetūt iō in eoꝝ theoricis plurima recapitulabit. ❡ Dicit igit̄ pmo ꝙ singuli tres superiores habēt tres orbes dispositos sicut tres orbes solis duos videlꝫ augē deferētes iequalis in spissitudinis ⁊ eccētricos ꝓm gd: in medio quoꝝ est orbis simpliciter eccētricus deferens epiciclū: cū in eo epiciclus infigit̄ ⁊ ad motū eius ille mouet̄ vt de luna dictū est: ⁊ planeta infigit̄ in epicicli supficie plana ⁊ mouet̄ in eo vt post patebit: vnde orbes hoꝝ planetaꝝ in oibꝰ similant orbibꝰ solis tm̄ epiciclo addentes vltra illos: ⁊ magis similes orbibꝰ lune: si nō haberet luna orbē deferentē draconē.

❡ Orbes autem auges deferentes virtute motus octaue sphere super axe ⁊ polis ecliptice mouentur.


❡ Notificat dictoꝝ orbiū qualitatē: ⁊ pmo duoꝝ orbiuꝫ auges deferentiū. zº eccētricoꝝ epiciclos deferentiū ibi [Sed orbis epi.] 3º epicicloꝝ ibi [Epiciclus vo.] Dicit igit̄ pmo ꝙ orbes deferentes auges oium triū mouent̄ virtute motus octaue sphere. i. eadē velocitate ⁊ versus partē eandē vt expositū est in theorica de sole nō quidē ꝙ moueant̄ a motore octaue sphere imo ab itelligētys ꝓprys ⁊ eis applicatis: ⁊ q: ita est ꝙ mouent̄ virtute et motu octaue sphere: sup axi ⁊ polis ecliptice voluunt̄.

❡ Sed orbis epiciclum deferens super axe suo axem zodiaci secante ꝓm successionem signorum mouetur: ⁊ poli eius distāta polis zodiaci distantia non equali.

❡ Agit de motu eccētrici deferētis epiciclū circa qd̄ duo facit. pmo motus declarat qualitatē. zº vo equalitatē ibi [Motus aūt epi.] Iterū pma in duas: q: in pma declarat intentū: ⁊ in zª tria infert correlaria ibi [Quare sit.] Dicit igit̄ de pma parte ꝙ orbes eccentrici epiciclos deferētes mouent̄ ꝓm successionē signoꝝ (vt manifestum est) q: deferunt planetas: ⁊ eoꝝ exes secāt axim ecliptice: ⁊ poli distant a polis ecliptice distantia nō eq̄li: quorum vtrūqꝫ demonstrat̄. vnde ȥodiacus. a b c d. in cētro e. signet̄: cuius ecliptica. a c. ⁊ poli. b. ⁊. d. ⁊ axis. b e d. eccētricus vo. f g b i. cuius centrū. k. per longas consideratiões visum est planetas ab ecliptica remoueri q̄re supfícies eccentrici declinat a supficie ecliptice: ⁊ sit illa. f b. q:. a b. est quarta circuli: eodē mō polus eccentrici a supficie. f b. quarta circuli debet remoueri: ⁊. f. remouet̄ ab a. quare ⁊ polus eccentrici. a b. versus parteꝫ eandē: erit igit̄ in. g. Similiter q:. a d. est quarta circlī: ⁊. f. elōgatur ab. a. ⁊ polus eiꝰ versus eādē partē a. d. remouebitur erit igit̄ i. i. ⁊ hec ratiocinatio valet: q: declinatio maxia hoꝝ planeta




rum est maior ꝙ̄ eccentricitas eoꝝ: q: si eēt minor axis eccētrici nō secaret axim ecliptice: sed ambo poli essent in eadē parte vel septētrionali vel australi. Si vo declinatio esset equalis eccētricitati: alter poloꝝ eccētrici eēt precise in axi ȥodiaci. Qua de causa cū poli eccētrici declinent a polis ecliptice ad partes diuersas si a dictis polis axis. g k l. ducat̄: axim ecliptice in pūcto. l. secabit qd̄ fuit pmū. Sed q: axis. g k l. per centrū eccētrici. k. trāsit ⁊ nō per. e. centrū totius: axim ecliptice nō in centro mūdi secabit sed in pūcto. l. sed q: per septimā tertij linee l b. ⁊. l g. sunt longiores lineis. l d. ⁊. l i. angulis. l. cōtra se positis equalibus existentibus: ex. 15. pmi: erit distantia g. a. b. maior distantia. l. a. d. qd̄ fuit zm nō igit̄ equaliter distant a polis ecliptice. ❡ Sed ꝯtra hoc dictū ꝯtingit dubitari: cū eni. a b. ⁊. f g. quarte sint circuloꝝ erunt eq̄les ꝓportiōaliter: quare dēpto cōmuni arcu. a g. residua a f. ⁊. g b. sunt equalia: ⁊ q: eadē rōne. a d. ⁊. f i. sunt q̄rte circuloꝝ ⁊ equales in ꝓportiōe: dēpto arcu. f d. a f. ⁊. i d. restabūt equalia: q̄re cū. g b. ⁊. i d. distantie eq̄les sint distantie. a f. ⁊ ipse erunt equales adinuicē per pmā cōceptionē pmi qd̄ est cōtra dicta. ❡ Ad hoc dōm ꝙ talis ⁊ similis argumētatio tm̄ tenet vel in eodē circulo: vel in circulis eq̄libꝰ: vel in circulis ieq̄libꝰ ꝯcētricis tm̄ in eodē circulo: manifestū est oēs q̄rtas esse eq̄les: ⁊ similr̄ in eq̄libꝰ circulis cū fiant anguli recti intēti gbus quarte subtēdunt̄ ⁊ equales per. 25. tertij elemētoꝝ. Si vo circuli nō sint equales sed vnū habeant centrū angulo recto eidē in centro quarta circuli maioris ⁊ quarta minoris subtendit̄ que adinuicē ꝓportionant̄. Si vo circuli sint inequales nec concentrici: lꝫ angulo recto in centro vnius subtendat̄ in illo circulo quarta pars: non tm̄ alio cuius nō est centrū: exempli cā disposita figura superiori zº etsi. f g. ⁊. f i. in eccētrici sint eccētrici circuli quarte nō tm̄ in ȥodiaco. nā ducta linea. e f. vsquequo ȥodiacuꝫ tāgat in puncto. l. ⁊ per. g. ⁊ l. similit̄ ex cētro mūdi ad ȥodiacuꝫ due linee e g m. ⁊. e i n. producant̄: cuꝫ angl'i ambo. k. duorum triā gulorum sint recti q: formati sunt infra quartas ꝑtes eccētrici in centro eius: erunt anguli. k e g. ⁊. k e i. singuli minores rectis per correlariū. 32e pmi: quare arcus sibi subtēsi. l m. ⁊. l n. minores ꝙ̄ q̄rte circuli: nō igit̄ q̄rte eccentrici correspondet q̄rta in ȥodiaco: ⁊ hoc iō q: centra sunt diuersa. nā si idē esset centrū facto in eo recto angulo due q̄rte in vtroqꝫ circulo correspōderent. Et eodē mō lꝫ. a b. quarta sit ȥodiaci: nō tm̄ in eccētrico eo ꝙ angulus. a e b. rectus formatus est in cētro mūdi ⁊ nō in cētro eccētrici cū ab illo declinat. ❡ Ad ꝓpositū mō ad argumentū respondendo formaliter qn̄ dicit̄. a b. ⁊. f g. sūt eq̄les q: quarte circuli negat̄. nā lꝫ. a b. quarta sit in ȥodiaco: non tm̄ in eccentrico: ⁊ eodē mō. f g. lꝫ sit quarta eccētrici nō tm̄ ȥodiaci vt est dictum: q: igit̄ quarte sunt circuloꝝ neqꝫ in centro neqꝫ in quātitate cōmunicantiū: ꝑꝫ ꝙ committit̄ fallacia. Eodē mō qn̄ sequit̄ demat̄ arcꝰ cōis. a g.




dico.a g.duos eſſe arcus inequales ⁊ nõ cõem.a g.ꝗdem in ecliptica eſt arcus huius q̈rte.a b.in eccẽtrico v̓o hui⁹ quarte.f g.que due partes ineq̃les ſũt:qꝛ duo circuli nõ coicant in centro vt demonſtratum eſt.

¶ Quare fit vt auges coꝝ eccentricoꝝ nunquã eclipticã ꝑtranſcant:ꝫ ſemꝑ ab ea verſus aquilonẽ ⁊ oppoſita verſus auſtrũ maneant:ita vt auges ſcilꝫ deferẽtiũ epiciclos:ſimiliter oppoſita atq̃ꝫ centra ⁊ poli deferentiũ eccentricoꝛũ circũferentias ſuperficiei ecliptice virtute motus octaue ſphere deſcribant eq̃diſtãtes:vnde etiã in illis ſuperficies eccentricoꝝ a ſuperficie ecliptice inequaliter ſecabuntur:atq̃ꝫ maioꝛes poꝛtiones verſus augem minoꝛes verſus oppoſitum relinquantur.

¶ Tria concludit coꝛrelaria:quoꝝ p̃mũ eſt qꝛ tanq̃ per effectũ pꝛobatũ eſt per declinationẽ ſuꝑficiei eccentrici a ſuperficie ecliptice ei⁹ polos a polis ecliptice remoueri:cõcludit mõ per cãm ex quo poli declinãt ⁊ ſuꝑficiẽ declinari:⁊ ita ſuꝑficiẽ deferẽtiũ augẽ:qui poli exq̊ mouent̃ ſuꝑ polis ecliptice:aux q̃ ꝑcepta eſt v̓ſus ſeptẽtrionẽ eclipticã nunq̃ trãſibit vt fiat auſtralis:imo in ſeptẽtrione ſemꝑ moꝛabit̃ ⁊ oppoſitũ v̓ſus auſtrum.vt ſit ꝫodiacus.a b c d.in cẽtro.e.cui⁹ ecliptica.a c.⁊ poli.b.⁊.d.ꝑducta axi.b e d.Eccẽtrici v̓o augẽ deferẽtes.f g h i.in cẽtro.k.auge.f.v̓ſus ſeptẽtrionẽ ⁊.h.oppoſitũ:erunt poli hoꝝ.g.⁊.l.i eadẽ axi ecliptice:cũ ergo ſphera circa polos rotet̃ oĩs:eius punctus deſcribit circulũ a polis eq̃diſtantem:cui⁹ alter poloꝛuꝫ eſt cẽtrũ:in media ꝗ̊ reuolutiõe deferentes ſi moueantur pũctus augis faciet ſemicirculuꝫ f l.g opꝫ eq̃diſtet a.c.ſuꝑficiei ecliptice ad ꝟ vt arc⁹.a f.



⁊.c l.in ꝫodiaco ſint equales per.27.tertij:ꝗbus ex quartis.a d.⁊.d c.dẽptis.f d.⁊.d l.equales remanebũt:q̃re circulus imaginat⁹.f l.eq̃diſtabit a polo.d.⁊ ita Aux ſemꝑ reperiet̃ v̓ſus.d.polũ ſeptẽtrionalẽ.haud aliter oppoſitum augis ex.h.in.m.circulũ.h m.polo.b.auſtrali eq̃diſtantẽ cauſando mouebit̃:q̃re ſemꝑ oppoſitũ augis auſtrale erit.¶ Et hoc eſt qͦd dicit in .2° coꝛrelario ꝙ ꝓpter hoc ꝙ deferẽtes augẽ motu octaue ſphere mouent̃:⁊ ſuper eiſdẽ polis ⁊ axi auges ⁊ oppoſita circũferẽtias circuloꝝ deſcribunt a ſuperficie ecliptice eq̃diſtantes ⁊ eodẽ modo ⁊ cẽtra ⁊ poli eccentricoꝝ de centro manifeſtum eſt:p̃us.n.auge exiſtẽte in.f.erat centrũ.k.in linea ſ.augis:vt pꝫ ex theoꝛica ſolis Auge deinde mota in.l.erit linea augis.e l.in qua centrũ eccẽtrici eſt in pũcto.n.q̃re ex.k g n.motũ ſemicirculũ.k n.deſcripſit eodẽ mõ equidiſtantẽ:vnde Manifeſtũ eſt centrũ ſemꝑ poſſidere partẽ ſeptẽtrionalẽ quã ⁊ aux eccentrici.Qͦd aũt poli moueant̃ cauſando circũferẽtias exemplariter declaratur etſi planius in theoꝛica mãli ſit.a.centrũ mũdi:⁊ ſuper.b.eccentricus.c d e f.deſignet̃ cui⁹.c.aux.e. oppoſitũ ⁊.d f.axis:moueant̃ deferẽtes augẽ motu.8.oꝛbis vt aux in g.⁊ oppoſitũ in.h.⁊ cẽtrũ eccẽtrici fiat ĩ l.vt dcm̃ eſt ſupꝛa ꝑducta linea augis.g a h.⁊ axis ſuꝑ ea ꝑpẽdicularis.k i l.notũ eſt polũ.d.factuꝫ eſſe in.k.circulũ.d k.deſcribẽdo:⁊.f.in.l.faciẽdo circulũ.f l.q eq̃diſtant polis ecliptice.m.⁊.n.vbi ſcꝫ ſũt ſectiones:qͦd eſt ꝓpoſitũ.



¶ Tertiũ coꝛrelariũ cuꝫ ſuꝑficies eccẽtrici ſecet̃ ab ecliptica:exq̊ declinat ab ea:⁊ nõ in cẽtro eccẽtrici:imo in cẽtro mũdi eã ſecabit in partes inequales.nã illa pars(in qua intercipit̃ centrũ eccẽ.⁊ ꝯſeq̃nẽter aux)maioꝛ eſt parte reliqua:in qua oppoſitũ augis relinquit̃ ex p̊ elemẽtoꝛũ ꝫ coꝛrelariũ optime expoſitũ eſt i theoꝛica lune ꝓpe p̃n.

¶ Motus aũt epiciclũ deferentis ſuꝑ centro ⁊ polis ſuis diffoꝛmis eſt.Hec tamẽ diffoꝛmitas hanc regularitatis habet noꝛmã:vt cẽtrũ epicicli ſuper quodã puncto in linea augis tãtũ a cẽtro huius oꝛbis quantũ hoc cẽtrũ a centro mũdi diſtat clõgato regulariter moueat̃.Unde ⁊ pũctus ille centrũ equãtis dicit̃:⁊ circulus ſuꝑ eo ad quãtitatẽ deferẽtis ſecũ in eadeꝫ ſuꝑficie imaginatus eccentricus equans appellatur.

¶ Explanat equalitatẽ motus deferẽtis.2° ꝯcludit coꝛrelariũ ibi[Neceſſario igit̃.]Dicit de p̃ma parte eccentricũ irregulariter moueri in centro ſuo in polis ⁊ axi:verũtamẽ hẽt regulã hãc:vt centrũ epicicli ſingulis equis tẽpoꝛib⁹ eq̃les ſcribat angulos:⁊ ex cõſequẽti equaliter moueat̃ ſupꝛa quodã pũcto a centro eccentrici diſtanti tãtũ quãtũ hoc cẽtrũ eccẽtrici a cẽtro mũdi:⁊ ſunt in eadem linea.ſ.augis:⁊ centrũ eccẽtrici in medio eſt per eq̃diſtantiã a centro mũdi ⁊ a pũcto p̃fato:qͦd dicit̃ centrũ equãtis ſupꝛa quo circulus equalis deferẽti imaginatur in eadẽ ſuꝑficie cũ eo:qꝛ nõ ſe ſecant nec declinãt adinuicẽ:qui circulus equans noiat̃.Et dicit̃ equans qꝛ cuꝫ centrũ epicicli ſupꝛa centro mũdi ⁊ eccẽtrici ſit irregulare:in ecliptica ⁊ eccẽtrico etiã inequale eſt in motu:in circulo v̓o dicto vnifoꝛmis eſt motus eius:ſiquidẽ in cẽtro angulos facit equales:equat igit̃ ⁊ regulat motus inequales qui ſunt in circulo ſignoꝝ ⁊ in eccentrico:⁊ hac de cauſa ſapientes imaginati ſunt euꝫ:qꝛ in eo epiciclus facit arc⁹ equales vt Saturnus.0.0.2.0.35.17.41.Juppiter v̓o.0.0.4.59.15.27.8. Sed Mars.0.0.31.26.38.40.5.Uenus vt Sol in ſuo eccentrico.0.0.59.8.19.37.19.⁊ ſit etiã Mercurius in ſuo vt poſt dicet̃:huiꝰ ꝗdẽ ſunt motus medij ⁊ regulares iſtoꝝ quinque:hoꝝ exempluꝫ eſt vt eccẽtricus ſit.a b c d.in cẽtro.e.⁊ Augis diam̃eter.a c.in qua.f.centrũ mũdi capit̃ verſus oppoſituꝫ augis:⁊.g.punctũ eq̃diſtans ab eodẽ v̓ſus augẽ qͦd erit cẽtrũ equãtis:ſupꝛa quo eccẽtrico equalis deſcriptus circulus.h i k l.equans noiatur vt dictũ eſt:epiciclus eni in cẽtro.g.tm̃ Angulos equales ⁊ in circulo.h i k l.arc⁹ equales equis

tēporibus describit: vt in Almag. pbat Ptolo. in equāte
gdē regulariter epiciclus deferāt cū in eccētrico ⁊ in ço/
diaco inequalis. nā quāto vicinior augi fuerit eccētrici
tāto tardior: ⁊ quāto opposito velocior est: cuius opposi
tum in epi. lune cōtingere dictum fuit: ⁊ hoc dicit ibi.

¶ Necessario igit̄ oppositum ei (qd̄ in luna fie/
bat) accidit in istis: vt scil3 cētrū epicicli quāto
vicinius augi deferētis fuerit tāto tardi⁹: quā/
to vō ppiqui⁹ opposito tāto veloci⁹ moueat̄.

¶ Nam epiciclus existens in. a. auge in. b. moueat̄ angu/
lum causando angulū. b g i. in centro equātis ⁊. a e b. in
centro deferentis ductis lineis. e b. ⁊. g i. idem in. c. augis
opposito manēs
in. d. moueat̄ fa/
ciens angulū. k g
l. in centro equā/
tis: ⁊. c e d. in cen/
tro deferētis du
ctis lineis. g l. ⁊. e
d. q2 igit̄ anguli
ambo ad. g. sunt
equales erūt ar/
cus. b i. ⁊. k l. per
25. tertij adinui/
cem equales: an/
guli aūt ad. e. nō
sunt equales. nā. c e d. maior est. g. vtroq3 per. 16. ⁊. 15. pri
mi ɔcurrēte cōmuni scīa: sed q2 angulus. a g b. maior est
angulo. a e b. per eandē. 16. pmi erit a maiori angulus. c e
d. amplior angulo. a e b. ⁊ arc⁹. c d. maior arcu. a b. quod
fuit ppositū. ¶ Dubitat̄ an solū qnque planete habeāt
equantē ⁊ nō luminaria: ⁊ q₎ etiā luna habeat pbat̄: q2
ōis planeta in centro eccentrici irregularis hēt equātē3
⁊ circulū equalē eccētrico supra cuius centro equalis est
ad quē regularitas referat̄: vt dictū est: sed eccētricus lu
ne nō mouet̄ in cētro eius vniformiter: vt dictū fuit in
theorica eius: imo in auge existēs centrū epicicli velo/
cius est q̄ in opposito existēs: q̄re supra cētro mundi in
quo equalis est motus eius equātē imaginari op3. luna
igit̄ hēt equātē. ¶ Et ɔfirmat̄ auctoritate Auctoris de
sphera q̄rto tractatu: vbi vult q₎ pter solē qlibet plane/
tarū tres hēat circulos eccentricū. s. deferentē: epiciclu3
⁊ equantē: ⁊ addit q₎ equans lune terre cōcentricus est ⁊
in superficie eclipticę: nō igit̄ tres superiores Uenus ⁊
Mercurius tm̄ habēt equantē: imo ēt luna. ¶ In oppo
situm est Auctor vbi in theorica lune nulla3 de equante
mentionē fecerat: q₎ si eū haberet diminutus eēt: qd̄ nō
est dicendū. ¶ Ad hāc qōnē breuiter dico lunā non ege
re neq3 habere equantē sicut tres superiores: nā equans
est circulus imaginarius in quo epiciclus seu planeta re
gularis est: cū nō habeat circulū realē in quo equaliter
moueat̄: vt dcm̄ est: ⁊ igit̄ tres superiores planete cū Ue
nere ⁊ Mercurio q2 tam in centro eccētrici: q̄ in cētro
çodiaci ⁊ per consequens in vtroq3 hoc circulo sint irre
gulares: vniformes tm̄ in centro dicto: super illo equantē
op3 imaginari: in quo vniformes ⁊ regulares existāt: dē
pta igit̄ hac necessitate equāte nō egemus: q̄re cū regu/
laritas lune in cētro terre ⁊ per ɔñs in çodiaco accipiat̄
luna nō eget nec habet equātē nisi quis vt inutiliter cir
culos multiplicet sine cā: ⁊ quare si tota cā ponēdi equā
tes est inequalitas motus cū luna sit regularis in centro
mūdi: nō habet equantē: ⁊ hac de causa Auctor illū non
posuit in theorica lune. ¶ Sed q2 eccētricus intersecat
eclipticā vt ibidē visu3 est dracone causando: itersectio
aūt nō videt̄ posse fieri in circulis inequalib⁹: q̄les sunt
ecliptica ⁊ eccētricus lune: igit̄ in centro eclipticę equan
tem imaginat⁹ est Auctor sphere eq̄lē eccētrico: qui cū
intersecet ⁊ caput causet ⁊ caudā vt p3 in eius opere q̄r/
to tractatu: vbi vult q₎ draco causet̄ ex sectione eccētri/
ci cum equante: pro hac igit̄ faciliori imaginatione tm̄
q2 ex quo eccētricus ⁊ ecliptica nō se tangunt: videt̄ sese
secari nō posse: iō equātē in luna ille posuit: ⁊ nō pro eq̄/
litate motus cū ibi nullā faciat de eo mentionē. Sed di
ces quare Auctor nō posuit pro hac necessitate. s. pro dra
cone causando cū de eo mētionē faciat in theorica pfa/
ta. Dicendū q₎ eccētricus intersecat eclipticā l3 nō se tā
gant: cū ei⁹ altera pars ad aqlonē reliq̄ vō ad austrū ver
gat: ⁊ causant̄ caput ⁊ cauda: ⁊ propter hoc nō op3 pone
re equātē: sed q2 nō ita faciliter hāc sectionē imaginat̄
fieri cū ecliptica sicut cū circulo equāte: eum posuit Au/
ctor sphere vt dictū est: ⁊ per hoc patet ad dubiū.


¶ Epiciclus vō duos habet motus quorū vn⁹
est in longitudinē alter in latitudinē. De scdo
dicendū erit postea: motus aūt eius in longitu
dinē est quo mouet̄ circa cētrū suū corpus pla
nete sibi infixū in parte superiori fm successio/
nem in inferiori ecōtra deferēdo: vnde per op/
positū in hoc se habet epiciclo lune: axis huius
motus transuersaliter super circunferentia ia/
cet axi eclipticę equidistans quandoq3: quan/
doq3 non vt patebit.

¶ Declarat motū epicicli: ⁊ tria agit. nā p° notificat mo
tus q̄litatē. 2° motus equalitatē ibi [Et est supra centro
epi.] 3° vō motus eiusde3 velocitatē ibi [Habet aūt epi.
reuolutio.] ¶ Pro pme ptis euidētiori notificatiōe est
intelligendū q₎ epi. de se nō hēt longitudinē determina
tā neq3 latitudinē: q2 est sicut cūcta corpora celestia per/
fecte sphericitatis. ⁊ quelibet ei⁹ dimēsio est alteri equa
lis. Respectu tm̄ çodiaci in quo situat̄ ⁊ mouet̄ duplicē
hēt dimēsionē sicut çodiacus. hēt nanq3 çodiacus longi
tudinē. 360. graduū a pncipio videl3 Arietis ad finē vs/
q3 Pisciū numeratā: fm quē situ ⁊ epiciclus longitudi/
nē hēt: que sumit̄ a parte illa que ppinquat Arieti fm
lōgitudinē signiferi: fm quā planeta in longitudine si/
gnorꝝ vel fm successionē signorꝝ elongando se ab initio
Arietis vel ɔtra appropinquando mouet̄. Latitudo vō
çodiaci est dimēsio eius que sumit̄ a polo ad polum. iz.
gradus ɔtinens: que cū minor sit longitudine latitudo
noīata est: ⁊ fm situ eūdē epicicli capit̄ latitudo: que est
fm quā magis alteri polorꝝ eclipticę appropinquat ab
ea se remouendo: fm quālibet ergo duarū dimēsionem
epiciclus mouet̄ pmo in lōgitudine supra pprio centro
in parte superiori fm ordinē signorꝝ: in qua cu3 planeta
fuerit ēt fm ordinē signorꝝ fert̄: in parte vō iferiori con/
tra ordinē ⁊ ibi existens planeta eodē mō mouet̄: quare
patet q₎ quinque planete in motib⁹ eorꝝ in epiciclis ɔtra/
riant̄ lune: q2 luna in parte superiori ɔtra ⁊ inferiori epi
cicli fm ordinē signorꝝ mouet̄: vt notū est ex eius theori
ca: cui⁹ oppositū dictū est de his: quare epiciclus fm di/
uersas partes moueat̄ ad oppositas differentias positio
nis: ⁊ qualiter pars superior ⁊ inferior in eo distinguan/
tur: patet ex pcedenti theorica. Habet etiā epiciclus lu/
ne motū in latitudine quo remouet̄ ab ecliptica ⁊ a sup
ficie deferentis per partē superiorē versus alterū polorꝝ
çodiaci ⁊ vsus reliquū per inferiorē vt posterius dicet̄. s.
in capitulo qd̄ fiet de motibus planetarū in latitudine:

